ciū impendere/ sine sui superioris fauore cōcurrente. Patet ex dictis: quia nullus eoꝝ habet super aliū iurisditionē. Neqȝ enī sacerdotes excipiūtur ab illa sacra Lateranen. cōcilij/ cōstitutiōe qua ꝑcipitur omnibꝫ vtriusqȝ sexus fidelibꝫ suo ꝓprio sacerdoti: vel de eius fauore penito ꝛ obtēto alteri cōfiteri. De pe. ꝛ re. Om̄is. Qđ vero ibi additur ad minus semel in anno specie vocat ꝑceptū/ q̄tum ad partē eius affirmatiuā/ sm̄ quā nō obligat ꝓ semꝑ/ sed ꝓ certo tp̄e. Sed nō dat libertatem extra id tempus cōfiteri alieno sacerdoti: qꝛ eadē causa est extra id tēpus specificatū ꝛ in illo. Illa scȝ: quia vtrobiqȝ deficit iurisditio sacerdoti alieno. Hinc de pe. distin. 6. Placuit. Urbanus papa scđs generalr̄ statuit: ne q̄s sacerdotū alienū absoluat. Ait enī: Placuit vt deinceps nulli sacerdotū liceat quēlibȝ cōmissum alteri sacerdoti ad pniam suscipeꝛe/ sine eius cōsensu cui primo se cōmisit. Glo super verbo cōmisit .i. cui9 parrochian9 est: ꝛ cām addit glo. Ab alio enī nō potest ligari vel solui. Uerū de isto cōsensu requisito altercatio est inter doc. q̄busdā dicētibꝫ/ ꝙ requiritur cōsensus expressus sui ꝓlati aut sacerdotis. Ad hoc multa iura adducuntur/ inter q̄ est .c. Omnis allegatū. Ubi notāter dr̄ de licētia petita ꝛ obtenta/ qđ requirere videtur expressum cōsensum. Alijs videtur ꝙ sufficiat licētia tacita: ita ꝙ si ep̄s scit talia cōiter fieri a sacerdotibꝫ/ ꝛ nō reclamat sed sustinet/ eo ipso presumendū est eū tacite approbare. Uñ Hostien. ꝛ Guilhelm9 dicunt: cum est de more alicuius eccl̄ie vt vn9 sacerdos audiat aliū sacerdotē ꝛ absoluat: ꝛ ep̄s hoc sciens fieri cōiter tollerat/ pōt fieri: quia eo ipso ꝑsumitur tacite approbare ꝛ licentiā dare. Idem refert Asten. in sum. lib. 5. ti. 20. Cōcordat Guilhelm9 de monte lugduno: ꝛ Ray. in sum. lib. 3. His etiā cōsonat eximius doc. Joh. gerson cancel. in multis locis suis scriptis/ noīatim in tractatu de cōtractibus ꝓpōe. 16. dicens: vbi papa vel eccl̄ia aut legislator scit: ꝙ cōstitutiones sue vel nō publicantur sed dantur obliuioni/ vel nō approbantur moribus vtentiū: sed passim declinant in oppositū: tūc cōstitutiōes ille desinūt habere vim obligationis/ tanq̄ abolite ꝑ nō vsum vel cōsuetudinē oppositā: q̄ est optima positiuarū legū interpres. Alioquin tolerantia pape vel alteri9 legislatoris esset sibimet repugnans ꝛ pplis noxia. Fūdantur in hac radice/ dicit abolitiōes cōstitutionū q̄si sine numero positaꝝ in decretis: etiā que in gn̄alibꝫ cōsilijs tradite sunt: vt de ieiunādo quinquagesimā quartam/ sextam/ ꝛ septimam ferias. Uel ꝙ sacerdos celebrās duos habeat assistētes. De q̄ clare habetur dist. 4. In istis. ꝛ .c. Deniqȝ. Ita in ꝓposito/ ꝛ ius illud quo ꝓhibetur ne aliq̄s confessorem ꝑsumat eligere: nisi cū certa auctoritate quo ad sacerdotes abolitū videtur. Cū passim quilibet sacerdos confessionē alteri9 cuiuslibet sacerdotis audire nō vereatur. Que cōsuetudo: si dicatur corruptela: vix apud sacerdotes salutis erit status.

¶ O Sed forte dicis. Ad absoluendū requiritur iurisditio i absoluente: quis illā tribuit? Potest dici ꝙ prelati dum vidētes suos subditos sacerdotes sibi mutuo cōfiteri sine sp̄ali licentia/ non ꝓhibent/ arguūt/ nec puniūt. Hoc ipsum non faciendo rōnabiliter iudicantur tacite cōsentire: ꝛ per hoc iurisditiōis determinationē q̄ ad hunc vel illum (cū sit de iure positiuo: qđ variationē recipit per tacitā reuocationē) abrogare. Immo nō debet subditus facile habere opinione malā de suo prelato: eumqȝ iudicare immemorē salutis proprie ꝛ suoꝝ subditoꝝ/ maxime in his in quibꝫ eū saluare pōt. Sic ergo huic cōsuetudini cui tacite consentiunt: nō reclamando ꝓlati iurisditionem tribuunt. Nec mirū cū etiā in ceteris causis ꝛ negocijs cōsuetudo det iurisditionē nō habenti: vt in .c. Dilecti de arbitris: vbi habetur ꝙ cōsuetudo approbata dat mulieribꝫ q̄busdā in subditos ordinariā iurisditionē cōtra legē scriptā: q̄ precipit ꝙ femine a publicis officijs sint remote. Sȝ adhuc cōtra dicta sic opinātiū videtur esse .c. Si ep̄s de pnia ꝛ remis. li. 6. vbi dr̄. Nulla quoqȝ pōt cōsuetudine introduci: ꝙ aliq̄s ꝑter sui superioris fauorē cōfessorē sibi eligere valeat: qui eū possit soluere vel ligare. Ubi glo. suꝑ verbo cōsuetudie dicit. Est enim onerosa ecclesijs/ ideo non valet: ꝛ de consuetudine .c. 2. Ex eo frangitur ecclesiastice discipline neruus: de consuetudine venerabilis. Etiam esset hoc contra obedientiam principis prescribere/ quod esse non potest. De pscriptionibus: cū nō liceat. Nec ibi. Ex his videtur ꝙ consuetudo in casu nostro non tribuat iurisditionē: cū per .c. allegatū expresse reprobetur. Qui vult tenere opinionē istā/ posset dicere ꝙ .c. dicit sine superioris licentia: sine qua vtiqȝ electus cōfessor nullā habet iurisditionē/ que tamen iurisditio necessario requiritur. Hic aūt accedit licentia/ licet nō expressa: tamen tacita. Et ita .c. hoc nō est contrariū predictis: ꝓpter hoc tamen capitulum: dñs Antoninus recedit ab hac opinione dicens eam nō esse multū tutā par. 3. ti. 14. c. 19. Opinio secunda est magis pia pro excusatione sacerdotū: sic sine expresso fauore se absoluentium mutuo. Sed prima est magis tuta/ maxime: qꝛ rationes ꝛ cause/ propter quas iurisditio in ecclesia distincta est et determinata: non minus locum habent in sacerdotibus (Quorum non nulli vtinā hodie essent sicut ppl'is) q̄ in laicis in quibꝫ libera cōfessoris electio sine expresso supioris fauore repre hatur. Unde vtile foret/ vt prelati suis sacerdotibꝫ fauorē expressum tribuerent/ vt sic secure ꝛ sine scrupulo cōscientie se mutuo possent absoluere: vel qđ minus expedire videretur: ꝙ expressa ꝓhibitiōe cuiusqȝ efficaci executiōe hunc abusum seu corruptelā e medio tollerēt. Securum quoqȝ esset sacerdotibꝫ formidolosis ꝛ timoratis/ immo vere omnibꝫ/ vt fauorē a suis curatis vel superioribus prelatis verbo vel scripto obtinerent confitendi quē elegerint sacerdoti. Esset

etiā tutū scrupulosis nō absoluere/ nisi hmōi fauorē assecutos. ❡ E Scdo infero/ q sacerdos nō solū nō alienū: sed nec a quolibet crimine absoluere pōt suū subditū confitentē. Patet/ quia sicut per autoritatē supioris ministrari oportet materiā q̄tū ad personā absoluendā: ita etiam q̄tum ad peccata a quibꝫ absolui debet. Utraqꝫ enim ꝛ peccatoꝛ ꝛ peccata sunt materia potestatis clauiū ꝛ sacramēti penitētie. Et peccata quidem materia ꝓpinqua: peccatoꝛ vero remota quia ꝓpter petā cōfitens est materia qui sine peccatis absolutiōis capax nō esset. Nō eñ soluitur nisi ligatus. Et si innocēs cōfessori se offerre posset/ nō tñ posset cōfiteri vel absolui/ cū cōfiteri sit se de peccatis accusare. Et absoluere sit a peccatis liberare: vel ab eis liberatū iudicare ac ꝓnunciare. Nūc ergo summus gerarcha/ cuiꝰ est potestatē iurisdictiōis alijs impartiri/ sicut partitꝰ est ꝑsonas parrochias ꝛ dioceses/ ita ꝛ petā partiri potest. Et sicut nō oībus quos in partem sollicitudinis assumpsit: oēs generalr̄ subiecit. Ita et subiectoꝝ nō oīa peccata subegit/ sed quedā grauia ꝛ enormia petā sibi quedam epis reseruauit/ cetera inferioribꝫ curatis cōmisit. Sed ꝛ epi q̄zū est tradere materiā imediate subiectis / ꝑ eoꝝ institutionē ad curā agendā ꝑplī tñ institutis concesserunt/ q̄tum sibi pro bono regimie ꝑplī expedire iudicarūt. Ne si etiā maiora petā coꝝ potestati subijcerent: facilitas venie incentiuū prebere delinquendi/ ideo etiā sibi quedā reseruarūt. In oībus itaqꝫ his vel reseruatiōibus siue cōcessionibꝫ/ potestas clauiū in ordinationibus oībus equaliter collata: neqꝫ extendit neqꝫ restringitur sed illimitabilis manet in sua radice. Dumtaxat aūt vsus illius potestatis impedit/ ꝓ quāto tollitur materia quā hmōi ptās posset exerceri. Sicut qui fabro tollit ferrū/ nihil artis vel potestatis fabricandi aufert/ sicut nec confert ferrum tribuendo. Impedit aūt vsum eius per materie subtractionem. Et sicut gerarchis aliqñ partiꝫ subtrahit ꝛ partiꝫ ministrat/ qñ certo populo ꝛ coꝝ certis non oībus petis absoluendis pficiuntur. Ita nōnunq̄ꝫ ꝑ suspensionē ab officio ꝛ grauiores penas/ puta excōicationē/ depositionem/ aut degradationē oīs materia subtrahit: ꝛ vsus potestatis clauiū penitus impeditur. Ita vt neminē ab aliquo petō absoluere possint taliter suspensi. Et si attemptarent/ nihil facerent. ❡ F Ex his tertio infero/ q nō est simile de ptāte cōsecrandi/ ꝛ potestate absoluendi quantū ad eaꝝ exercitiū. Patet: quia illa impediri nō potest simplr̄ ꝑ superioris auctoritatē. Ista vero simplr̄ pōt impediri. ptꝫ ex p̄missis. Huiꝰ rōem assignat Sco. in 4. dist. 19. q. 1. ar. 4. quia ptās cōsecrandi est quasi potētia ꝓpinqua/ que habet materiā in natura panē scꝫ triticeū. Nec aliquid aliud cōcurrit seu requiritur. Ut eñ panis sit materia/ nō requirit q sit a consecrāte tanq̄ꝫ res ꝓpria possessa. Uel q sit ab illo vel isto coctus vel ministratus/ qꝛ oēm triticeū panē sacerdos potest cōsecrare ad quem dirigit consecrādi intentionē. Sed ptās clauiuꝫ est quasi potentia remota/ nō habens materiam in natura: quia materia huiꝰ ptātis nō est simplr̄ peccatoꝛ penitens/ sed peccatoꝛ penitens subditus duplici subiectione. Quā subiectionē petōꝛ nō habet a natura/ sed ab auctoritate superioris ꝛ ideo per eum fit materia dum subijcit/ ꝛ desinit esse materia/ dum subiectio reuocat. Cuiꝰ causa supra explicata est. ❡ G Quarta potestas/ est potestas apostolatus, id est auctoritas p̄dicādi quā tradidit dñs discipulis: dum in die ascēsionis ait. Euntes in mundū vniuersum: predicare euangeliū omni creature ꝛc. Marc. vl. Hec potestas nō cōfertur ex vi ordinatiōis sacerdotalis nec par est in oībus/ sed dūtaxat est primū apostolis collata: quos misit predicare toti orbi in loco iam allegato. Concessa est ꝛ septuagintaduobus discipulis nō per totū orbē: sed tñ per loca ad que christus erat ꝑsonaliter venturus: vt ptꝫ Luce. 10. vbi dicit/ Designauit dñs ꝛ alios septuagintaduos discipulos: ꝛ misit illos an faciē suā ad oēm ciuitatē et locū quo erat ipse venturꝰ. Horū typū ꝛ figura gerunt modo in ecclīa epi ꝛ curati. Aploꝝ epi: septuagintaduoꝝ discipuloꝝ curati: vt in canone. In nouo. 21. dist. Ceteri vero quō predicabūt nisi mittant: Et hoc vel a deo immediate: qd̄ probabūt ꝑ signa sicut moyses: vel per scripturā/ sicut iohes baptista speciale sue missionis testimoniū de scriptura ꝓtulit. di. Ego vox clamantis. ꝛc. Uel a petro aut eiꝰ successore/ mediate vel immediate: ꝛ hoc ꝓbabunt ꝑ munimēta. De quo in. c. ex iniūcto de hereticis ibi Cū doctoꝝ ordo sit q̄si p̄cipuꝰ in ecclīa/ nō debet sibi quis q̄s indifferēter p̄dicatiōis officiū vsurpare. Nam s̄m aplm̄: quō p̄dicabūt/ nisi mittant. Et veritas ipsa p̄cipit aplīs / Rogate dñm mes. vt mit. o. in mes. suā. hec Inno. ꝛ. Et leo papa vt habet in. c. Ita dñs dis. 19. ait. Ita dñs nr̄ iesus christꝰ humani gn̄is saluatoꝛ instituit: vt veritas q̄ antea legꝭ ꝛ ꝓphaꝝ p̄conio ꝯtinebat/ ꝑ aplicā tubā in salutē vniuersitatis exiret. Sicut scriptū est. In oēꝫ terrā exiuit sonꝰ eoꝝ: ꝛ i fines orbꝭ t̄re v̄ba eoꝝ. Sꝫ huiꝰ mūerꝭ sacrm̄: ita dñs ad oīm aploꝝ officiū ꝑtinere voluit: vt in btissimo petro oīm aploꝝ summo principaliter collocaret: vt ab ipso quasi a quodā capite dona sua velut in corpus omne diffunderet. Sed cōtra illa videt: q etiā diacono cōferat p̄dicādi potestas in sua ordinatione: cū accipiēs textū euāgelij de manu epi/ dicit ei: Accipe ptātē legendi euāgeliū in ecclīa dei ꝓ viuis ꝛ mortuis: Cū aūt quilibꝫ presbyter sit diaconus: nisi forte ꝑ saltū ꝓmotꝰ: sequitur q ex ordinatione habeat hanc potestatē: ꝛ ita erit potestas ordinis nō iurisdictionis. Rñdet: q diacono nō cōfert hec potestas in sua ordinatiōe. Cū eñi diaconꝰ accipit textū euāgelij de manu epi / non dicit ei: Accipe potestatē docēdi/ predicādi euāgeliū: sed accipe potestatē legēdi euāgeliū in ec/

(Consecrandi ptās nō pōt simplr̄ impediri ꝑ superioris auctoritatem, quemadmodū ptās absoluendi

clesia dicit tam p viuis q̄ p defunctis: In nomi
ne dñi. Ex quo magis insinuat eos tūc recipere
orandi officiū q̄ p̄dicādi vel docendi. Et q ipsa
recitatio euāgelice lectiōis : magis sit oratio ad
aliqd impetrādū p viuis ꝛ mortuis : q̄ populi
edificatio. Absurdum enī intellectu/ ꝛ dictu est:
vt docens vel predicās euangeliū: docere aut p̄
dicare intelligat p viuis ꝛ mortuis. Hec Guil.
de sacris trac. de ordine: statim post principiū.
Correctionis plus ¶ H Quinta potestas: est potestas cohercitiue
correctiōis in foro exteriori: quā ecclia exercere
pōt in inuitū ad dirigendū subditos in finē bea
titudinis eterne. Hic cōtulit petro christus/ cū
Matth.18 dixit ei vice oium [Si peccauerit in te frater tu⁹
corripe eū ꝛc. Et sequit. Si te nō audierit/ dic ec
clesie: q si ecclesiā nō audierit/ sit tibi sicut ethni
cus ꝛ publican⁹. [Et i hoc loco fundat iuridica
potestas excōicandi ꝛ interdicēdi ab ecclasticis
sacramētis ꝛ fideliū cōione : qua vsus est aplus
[Dū exhortās Titū] ait: Hereticū hoiem post
Ad titū .3. primā ꝛ secundā correctionē deuita. Fūdat ꝛ i h
textu: nedū potestas excōicandi. sed ꝛ ptās defi
niendi/ discernendi/ ꝛ statuendi precepta/ leges
ꝛ canones. in hoc qđ subdit: Quecūq ligaueri
potestas accipiendi tis sup terrā. ꝛc. ¶ I Sexta potestas: est ptās
vite necessaria accipiēdi vite necessaria ab his quib⁹ spūalia ad
ab his qbus spūa ministrant. Hanc cōtulit dñs dū missis ad p̄di
lia admi Luce.x. candū apo. dixit [Edētes ꝛ bibētes q̄ apud eos
nistrantur Math.20. sunt. Dign⁹ est enī operarius mercede sua vl ci
bo suo] Qđ ꝛ apl's deducit ex radice multiplici
1. Corinth. 9. dicens: Quis militat suis stipen
dijs vnq̄: Quis plantat vineā: ꝛ de fructu eius
nō edet: Quis pascit gregē: ꝛ de lacte gregis nō
manducet: Si nos vobis spūalia seminamus:
magnū ē si carnalia metam⁹. Et post pauca: Ne
scitis: qm̄ q in sacrario operāt q̄ de sacrario sunt
edunt: ꝛ q altari deseruiūt: cū altari participant.
Ita ꝛ dñs ordinauit qui euangeliū annūciāt: de
euangelio viuere. Hec Paulus. Fundat in hac
potestate sumēdi vite necessaria rōnabilitas do
tatiōis ecclesie loco decimarū ꝛ primitiarū legis
Ex hac ptāte inuestigari posset: an sint elemosi
ne q̄ ecclastici de suis beneficijs percipiūt: sed ex
tra propositū est. Annexa fuit potestati p̄dicādi
verbū dei per christū potestas faciendi miracula
ad cōfirmationē fidei/ cū dixit: [Infirmos cura
Math.x. te/ demonia eijcite. Sed in hac potestate modo
ecclesiastici/ regulariter nō succedunt: quia fides
iam sufficienter fundata nō indiget miracul' con
firmari ꝫm beatū Grego. 27. mora. §. 14. Hec
pro deductiōe potestatis ecclesiastice breuiter in
serere placuit: sed ad primā potestatē cōsecratio
nis eucharistie. De qua principalis intentio re
deamus. Hec inquā in omnib⁹ presbyteris repe
rit. Circa quā principalr tota canonis intentio
versatur.

Christus itaq eter
ni patris filius/ verus et summ⁹ sa
cerdos seipm in ara crucis: ꝫm assū
ptam nostre mortalitatis substātiā
in humane redemptiōis preciū immolatur⁹: vt
tanti muneris iugis in nobis maneret memo
ria: ac p nobis q cotidie peccādo labimur cotidie
mistice imolaret. Corp⁹ suū i cibū: ꝛ sāguinē suū
in potū i nouissima cena tradidit sub eucharistie
sacro: dū accepto pane gratias egit : fregit/ ꝛ de
dit discipulis suis/ dicens: Hoc est corpus meū
quod pro vobis tradet [Tradidit quoq eis po
testatē similiter faciēdi/ cū subdit : Hoc facite in
meā cōmemorationē. Et vt ostenderet hoc sacra Luce.22.
mentū in ecclia vsq in finē permāsurū in passio
nis sue memoriā/ adiunxit: Quotienscūq panē
hunc manducabitis/ ꝛ calicē bibetis : mortē dñi
annūciabitis donec veniat] glo. scz ad iudiciuꝫ
Vñ vsq tunc durabit ecclesia militans ꝛ i ea eu 1. Cor. 11.
charistia. Quō aūt hunc panē manducare pos
sent ꝛ calicē bibere : nisi ipm possent cōtinue con
secrare. ¶ B Hec operatio cōsecrandi oim no Consecrandi
bilissima est ecclesie militanti cōcessarū i propter dignitas.
quā merito sacerdotiū venit extollendū. Cu⁹ di
gnitas ꝛ mia nllis valet verboꝝ pompis expli
cari. Qm̄ et linguas vincit oratoꝝ disertissimas
ꝛ culmen eminentie cuiuslibet creature. De quo Sacerdotum
beat⁹ Amb. in suo pastorali ait [Honor fratres dignitas m...
ꝛ sublimitas episcopalis: nullis poterit cōpara
tionib⁹ adequari. Si regū fulgori compares : ꝛ
principū diademati: longe erit inferi⁹ quasi plū
bi metallū ad auri fulgorē cōpares. Quippe cū
videas regū colla ꝛ principū submitti genib⁹ sa
cerdotū: ꝛ osculata coꝝ dextra coꝝ secredūt ora
tionib⁹ cōmuniri. Hec ille. Et licet cunctos na
tura homines equales : et nulla graduū alterita
te dispares pduxerit : disponendarū tamē reruꝫ
susceptū ministeriū hos ꝛ illos ceteris ptulit ꝛ p
fecit. Quo fit vt tanto clericalis eminētia terre
nos superet principat⁹ quāto animab⁹ corpora
perpetuis transitoria terrena celestib⁹ superant.
Sed quid opus est terrenis cōparationib⁹ imo
rari: cū ad sacerdotij autoritatē angeli celorū ci
ues nō audeant aspirare. Cui nāq angeloꝝ ali
qñ dixit deus : Tibi dabo claues regni celorum.
Ad illas aūt: Accipite spm̄ sanctū quoꝝ remiseri
tis peccata. ꝛc. Et qđ longe maius est: Hoc faci
te in meā cōmemorationē. Mirant deniq assi Angeli mira...
stunt ꝛ terrent: ꝫm verbū beati Grego. 4. dialo. assistunt ...
c. 50. Quis enī fideliū dubiū habere possit in ipa terrent ...
imolationis hora ad sacerdotis vocē celos ape molationis ...
riri: ꝛ in illo iesu christi mysterio angeloꝝ choros
adesse/ sūmis ima sociari / terram celestibus iun
gi: vnde quidē ex visibilibus ꝛ inuisibilibus fieri
Trāsgrediēdo perinde agmia angelica/ ad ipam
celi reginam ꝛ mūdi dominā veniamus. Hec et
si in gratie plenitudine creaturas supergrediat
vniuersas ꝛ gerarchias tñ cedit ecclesie in cōmis

Regina celi sacerdotibus cedit i[n] commissi
mysterij execucione.

ſi myſterij executiõe. Illa nempe platis octo ver
bulis: Ecce ancilla dñi fiat mihi ſm verbũ tuũ.
ſemel cõcepit dei filiũ z mũdi redemptorẽ. Iſti a
dño cõſecrati: quoqꝫ verbis cõtextã cõſecrationis
formã cũ debita intentione pferẽtes: eũdem dei
virginiſqꝫ filiũ aduocant quotidie corporaliter i
ſacrificiũ z criminũ purgationẽ: illa ꝑpetua vir-
ginitate ſeruata ſummũ celi principẽ de ſe incar
natũ/mortalẽ atqꝫ paſſibilẽ mũdo edidit ſaluato
rem. Iſti cõſecratione diuina eundẽ celi terreqꝫ
principẽ in ſacramẽto veriſſime cõtentũ impaſſi-
bilẽ glorioſumqꝫ cõtrectãt/victorẽ mortis z ba
ratri deſtructorẽ. Hec bñdicta a cuius laude de
ficit oĩs lingua natũ dñm ꝟgineis lactabat vbe
ribus: cõtrectabat manibꝫ: brachijs geſtabat pu
ellaribꝫ: ac mille talia z infantibꝫ chriſti mẽbris
impẽdit obſequia/quibꝫ educauit beatoꝝ gl'iam
z terre cibatorẽ. Iſti celeſtẽ cibum in crucis furno
rio charitatis igne coctum ore ſumunt z dant ce
teris tangeloꝝ videlicet panẽ ac dulciſſimũ cor-
dis cõfirmatorẽ. ¶ L Attẽdite ergo o ſacerdo
tes veri ſalomonis pincerne/Jeſu chriſti camera
rij/atqꝫ diſpẽſatores myſterioꝝ dei: attendite in
quo gradu z dignitate ſitis cõſtituti. Exclamat
ſanctus Grego. de hac veſtra inſignitate genero
ſa. O inquit venerãda ſacerdotũ dignitas: in quoꝝ
manibus velut in vtero virginis filius dei icar-
natur. O ſacrũ z celeſte myſteriũ: qđ p vos pr et
filius z ſpũſſanctus operaꝛ. Uno eodẽqꝫ momẽ
to idem deus qui ꝑſidet in celis in manibꝫ eſt i ſa
cramẽto altaris: ſup hoc tã inſigni ꝑuilegio ſtu-
pet celũ/miraꝛ terra/vereꝛ hõ/ horret infernus/
cõtremiſcit diabolus/veneraꝛ ꝗplurimũ angeli
ca celſitudo. Et melliflũus Berñ. O venerabil'
ſanctitudo manuũ: o felix exercitiũ: o vere mũdi
gaudiũ: cũ xp̃s tractat Chriſtũ/ſacerdos dei fi-
liũ: cui ſunt delicie eſſe cũ filijs hominũ. Quis
vnqꝫ vidit talia? Quis huic vidit ſimilia? Qui
creauit me (ſi phas eſt dicere) dedit mihi creare ſe
z qui creauit me ſine me/ creaꝛ mediãte me. Hãc
ſtupendã ſacerdocij dignitatẽ ſcriptura non va-
lens vnius noĩs ſignificatione exprimere: hos
nunc reges/nunc angelos/nũc deos crebrius ap-
pellauit. Reges quidem Apocal'. i. Fecit nos re
gnum z ſacerdotes deo z patri ſuo. z. I. Petri. 2
Uos eſtis genus electũ/regale ſacerdotiũ/ gens
ſancta/ populus acquiſitionis. Angelos vero
Malach. 2. Labia ſacerdotis cuſtodiunt ſciam.
Et ſequiꝛ: quia angelus dñi exercituũ eſt. Deos
aũt Exo. 22. Utriuſqꝫ cauſa ad deos perueniet.
glo. i. ſacerdotes. Nominanꝛ z alijs nominibus
nam dicuntur clerici: appellantur ſacerdotes:
vocantur z preſbyteri. Clerici a ſorte dicunꝛ: qꝛ
cleros grece ſors latine ſonat. vnde ꝑmũ ab apo
ſtolis cõſecratum legimus ſorte electum: ideoqꝫ
omnes cleri dicunꝛ. Hic fuit btũs mathias apo
Act. I. ſtolus qui ſorte electus eſt cum vndecim apoſto
lis. Et dederunt ſortes: z cecidit ſors ſuper Ma
thiam. Dicti ergo ſunt clerici: id eſt de ſorte dñi

nominãꝛ z preſbyteri quaſi ſeniores. Preſbyter
nanqꝫ grece/latine ſenior interpretatur. Dicunꝛ
aũt ſeniores nõ annoꝝ etate/ſed moꝝ qualitate
ſicut ſcriptũ eſt: Senectus venerabilis eſt nõ di- Sap. 4.
uturna/nec annoꝝ nũero cõputata. Cani enim
ſunt ſenſus hominũ: z etas ſenectutis vita ima-
culata. Et iterũ: Corona dignitatis ſenectus q̃ Prouer. 16.
in vijs iuſticie reperiꝛ. In ſenibus ſiquidem ma
ior eſt animi trãquillitas: maior morũ honeſtas
maior animi religioſitas: maior corporis caſti-
tas. ¶ O Hec eſſe debẽt in clericis/maxime aũt
preſbyteris: qm̃ z hec ipa clericalia ſigna expri-
munt z deſignãt: vñ beatus Hiero. in epiſtola:
Clamat veſtis clericalis anime honeſtatem: cla
mat ſtatus puritate: clamat cultus caſtitatem:
clamat profeſſio religionẽ: clamat officiũ deuo
tionem: clamat ſtudiũ cõtemplationem. Debet
igitur preſbyteri morum prudentia z maturitate
conuerſationis precellere i populo: aũt magiſter
4. ſententiaꝝ diſt. 24. Appellantur z ſacerdotes Uñ dicitur
quia ſacra miniſtrantes ſeu dantes. Solis enim ſacerdotes.
ſacerdotibus ratione officij ineſt ſacrorum ſacra
mentorum miniſtrãdi poteſtas. Uel ſacerdotes
quaſi ſacra dicentes: quia verbum dei predicare
habent: horas dicere: miſſas celebrare. Uel ſa-
cerdotes quaſi ſacra conficientes: conficiũt nãqꝫ
ſacratiſſimũ chriſti corpus. Hinc in eoꝝ vnctio-
ne dicit epiſcopus. Conſecrenꝛ qm̃s dñe manus
ille: vt queciũqꝫ bñdixerint z cõſecrauerint/ſint be
nedicta z cõſecrata. ¶ E Ex premiſſis mĩre eli-
ci poſſunt dignitates z preminentie euãgelici ſa-
cerdotis ſuper ſacerdotẽ moſaice legis: quoniã
excellit in benignitate electionis: ſolẽnitate cõſe-
crationis: nobilitate ordinis: ꝑcioſitate opis: ſin
gularitate nutritiõis: poteſtate regiminis. Olim Exo. 18.
de vna tribu ſm̃ ſcꝫ leuitica cõſecrabanꝛ ſacerdo
tes. Mõ ſub lege ex omni natiõe que ſub celo eſt
ad ſacerdotium aſſumuntur: ſm doctrinã beati
Jacobi: Nolite in perſonarum acceptione habe- Jacobi. 2.
re fidem Jeſu Chriſti. Tunc fundebatur oleũ ſu
per eorum capita: ſanctificabantur manus: dex-
tera quoqꝫ auricule pollicis z pedis hoſtiarum
ſanguine liniebantur. Hodie in ſacerdotis euan Leui. 8.
gelici cõſecratione: nõ materiale oleum funditur
ſuper capita ordinãdoꝝ: nec manus arietis ſan
guine inunguntꝛ: quoniã nõ his peccata tolluntꝛ
Sed deſuper dato leticie oleo gratia ſancti ſpũs
in remiſſionẽ peccatoꝝ ꝑfunduntꝛ: quo poteſtas
traditur: ꝑ quã alioꝝ etiã crimina expianꝛ: tunc
habebãt ſacerdotes poteſtatẽ diſcernendi iter le
prã z nõ leprã corporalẽ: ac per hoc iudicare hũc
mundũ/iſtũ imundũ/habilẽ vel dignũ ad tẽpli
materialis ingreſſum. Nunc vero poteſtatẽ accipi Leui. 3.
unt iudicandi inter morbos et languores anime
egrotantis/ſoluere z ligare: aperire z claudere ia
nuam celeſtis paradiſi. Tunc tribubꝫ z populis Math. 18.
mandata dei reſerabant/ que z legẽ ex ore ipſorũ
requirere iuſſi ſunt. Malach. 2. Tũc quoqꝫ pro
peccatis populoꝝ inter veſtibulũ z altare plorã-

Jobel.2. tes deum precabãtur. Nũc vero facti iudices pec-
cata remittunt/ leges statuũt/ et animas proprias
tradere pro salute subditorum summi pastoris exẽ
Job.10. plo edocẽt. Tunc alii sunt filii leui cum ceteris
in deserto manna celesti/ vermibus in diẽ crasti-
nũ reseruato scatenti: quẽ patres manducantes
Exo.16. mortui sunt. Nunc vero supsubstantiali pane cibo
Jo.6. angelorum veri paschalis agni carne et sanguine
esurientes saturantur: qui panis est in eternum
Jo.6. manens: manducanti vitã tribuens sempiternã.
Tunc sacerdotis officiũ fuit circa oblationẽ pe-
corũ animaliũ irrationaliũ: et aspersionẽ sangui-
nis thaurorum vitulorum et hircorum. Leui. per totum.
Nunc vero summo sacerdote christo iesu assistente
futurorum bonorum pontifice/ peramplius taberna-
culum nõ manufactũ: nec huius creatiõis: neque
per sanguinẽ hircorum aut vitulorum: sed per proprium
sanguinem semel in sancta introeunte eternam
redemptionem inuenit: atque nouum sacrificiũ pa-
nis et vini eiusdem sanguinis sui et corporis secundum or
dinem melchisedech instituẽte/ omnia illius ve-
teris testamenti sacrificia abstulit: ecclesiam quoque
suam ab intollerabili iugo tot sacrificiorum libera-
uit. Sacerdotesque euangelicos qui idem precio
sissimi corporis et sanguinis sacrificiũ sub panis
et vini specie offerrent quottidie instituit: quo cõ-
scientias nostras ab operibus mortuis munda
ret/ ad seruiendũ deo viuenti: quod omnia legis sa
crificia non poterant: vt late deducit apostolus ad
Hebre.9. ¶ Quorsum hec tendunt nisi vt sacer
dotes nostri tanta sua dignitate/ virtute et potesta
te desuper nullo humano preuio merito cõces-
sa: se tante status excellentie dignificẽt vita et mo
ribus conforment. Pudeatque spurcissimis leno
ciniis delectari: carnis et mundi illecebris pol-
lui: qui ad tremende maiestatis sacrificiũ/ et mũ-
dissimũ anime cibũ preparandũ/ cõsecrandum/
offerendum/ sumendũ et dispensandũ ex plebeo-
rum turba populorum sunt assumpti. Neque ise glo
rientur quasi nõ acceperint sed humilientur sub
potenti manu dei/ qui infinita sua misericordia
hec tradidit. Et nihilominus per inflexibilem iu
sticie rigorem tempore sue visitationis tanti cõ-
missi exiget rationem. ¶ F Ne autem hac acce
pta potestate in imensum sacerdotes gloriẽtur:
sed acceptum ministerium humiliter et digne exe-
quantur/ breuiter annotandum quid in huius sui
officii execucione misse videlicet celebratione sa-
cerdos sua virtute efficiat. ¶ Circa quod aduer
Aliquid fit ab alio tripliciter. tendum/ quod aliquid ab alio effici vel fieri triplici-
ter potest accipi. Nam aliquid dicitur ab alio fie
ri vel naturali potestate/ vel meritoria operatio-
ne/ vel assistente virtute. Naturali potestate ali-
quid fit ab alio/ quando agenti ex conditione sue
nature/ seu naturali virtute et proprietate conue-
nit esse principium eius quod fit. Sic dicimus
ignem et calorem fieri ab igne: quoniam ignis ha
bet in se formam substantialem et accidentalem
puta calorem naturaliter/ per quas actiue con-
currit ad productionem ignis et caloris. De hac
virtute actiua dicit beatus Augustinus: Sic de
us res administrat vt eas proprios motus age-
re sinat: id est actiones et operationes facere secundum
gradum entitatis eorum. Et quod sic fit ab alio
dicitur vere effectus eius a quo fit et ipsum a quo
fit causa eius quod fit. Alio modo aliquid dici-
tur fieri ab alio/ non tamen naturali eius opera
tione: sed quia ab illo aliquid fit primo modo ad
quod aliud sequitur: non naturali sequela/ sed vo
luntaria quadam alterius extrinseci pactione.
Sic premiũ dicitur aliquo modo fieri a meren-
te pro quãto qui premiabitur facit aliquẽ actũ qui
ab alio acceptatur ad premiũ sibi pro huiusmo-
di operatione conferendũ. Sic mercẽnarius di-
citur operari cibũ suũ et mercede acquirere suo ope
et labore: secundum illud: Operamini cibũ qui nõ perit
sed permanet in vitã eternã/ quẽ filius hominis da
bit vobis. Glosa interlinia. Operamini .i. operi Joh.6.
bus meremini. Sic et iustificatio impii dicitur quandoque
fieri intercessione iustorum: vt cõuersio Pauli ora
tiõe prothomartyris Stephani: et quod sic fit nõ est ve
re merentis effectus: sed neque ipse vere eius est cau-
sa: quia nõ fit virtute et potestate merẽdi: sed fit per
premiantẽ/ qui acceptat huiusmodi meritũ quasi rõnem
efficiẽdi vel cõferendi premiũ. Secundum hũc modum dicitur
beatus Augustinus ad Sixtũ presbyterum: et allegat magi
strũ dis.27. li.3. quod diligere est bonus motus val
de quo meritũ est/ et donũ dei quo meremur et ipsorum
augmẽtationẽ/ et alia que cõsequẽter hic et in futu-
ro nobis apponuntur. ¶ Tertio modo aliquid dicitur
ab alio fieri aliqua virtute occulta/ nõ insistẽte ei
a quo tale fieri dicitur. sed assistente secundum quem mo-
dum malefici et incantatrices quosdam effectus
producere dicũtur: et extrahere lac vaccarum de sedi
bus vel manubriis securiũ: quod fit non aliqua na
turali virtute maleficũ: neque ex eorum merito: sed vir
tute occulta siue mala siue bona assistẽte. Sic et
sancti dicuntur fecisse miracula que facta sunt asse
stente virtute diuina: nõ semper propter merita san-
ctorum: sed aliquando propter fidẽ populorum nutriendã vel
generandã. Sic etiã nõnulli reprobi mira fecerunt
demones expulerunt etc. qui dicturi sunt in fina
li iudicio. Domine nõne in noie tuo prophetauimus: et i
noie tuo demonia eiecimus: et in noie tuo virtu-
tes multas fecimus: a iudice audituri. Nunquam
noui vos. Discedite a me oẽs operarii iniquitatis
Nõ ergo fecerũt ea virtute propria: quia in noie tuo.
Neque ex ope meritorio/ quia reprobi: nunquam noticia
approbationis a dño cogniti. ¶ G Per hoc ad
propositũ ab oibus conceditur de sacerdote celebrante
quod consecrat eucharistiã: et cõficit corpus et sãgui-
nẽ christi in altari. Unde magister dis.24. li.4. Sacer
dos consecrat et scificat corpus christi. Et sequi
tur: Ad presbyterum pertinet sacramentum corporis et sangui-
nis dñi in altari dei conficere. Et dionysius ca.3.
de ecclesiastica gerar. tradens ritũ huius sacrificii
ait: At vero pontifex cũ diuina munera laude pse
cutus fuerit sacrosctã et augusta mysteria confi-

Sacerdotes quantum ? habeat ex sanctitate
[illegible] cerdos in misse celebratione quid sua virtute faciat.
Iustificatio impii quandoque fit intercessione iustorum: Pauli conuersio et Stephani prothomartiris oratione.

cit. Jtē ⁊ Ambro. li. de sacris: Hoc qđ cōficim⁹/ corpus ex virgine est. Ad idē de cōsc. di. 1. Uasa vbi reperit̄ terminus conficere. Cōsecrare aūt et conficere christi corpus ⁊ sanguinē nihil aliud est q̄ꝫ conuertere subām panis in corp⁹: ⁊ subām vini in sanguinem christi verbis saluatoris: Unde Amb. in li. de sacris. de consc. dis. 2. Panis. Panis est i altari vsitatus ante verba sacroꝝ; vbi accessit consecratio de pane fit caro christi. ⁊ Augu 4. de trini. De cōsc. dis. 2. Corp⁹. Corpus ⁊ sanguinē christi dicimus illud qđ ex fructibus terre acceptū/ ⁊ prece mystica cōsecratū/ recte sumim⁹ ad salutē spūalē. Vn̄ magr̄ dis. 12. 4. c. 1. Sacerdotes dicuntur conficere corpus christi ⁊ sanguinem: q2 coꝝ ministerio suba panis fit caro: ⁊ substantia vini fit sanguis xp̄i. Conuersio autē hec tria dicit: scꝫ subē panis/ ⁊ vini desitionē. Accidētiū dictaꝝ subaꝝ cōseruationē: ⁊ corpis ⁊ sanguinis xp̄i sub cōseruatis speciebꝫ ⁊ accidentibꝫ presentialem inceptionē: de q̄ infra latius disseretur

Dico ergo q̄ sacerdos nullū hoꝝ triū facit sua naturali virtute p̄mo modo p̄dicto/ quo aliquid ab alio fieri dicit̄: Patet hoc de primo; q2 panis desinit esse tam s̄m materiā q̄ꝫ s̄m formam. Nam totus cōuertitur in corpus christi; vt infra suo loco dicet̄. Nūc o n̄t actiua sacerdotis virtus nihil hoꝝ facit. Formā panis non corrumpit: q2 subalis forma nō corrūpitur in materia/ nisi p̄ introductionē alicuius q̄litatis incōpossibilis illi forme. Uel per destructionē alicuius q̄litatis necessario requisite ad inexistentiā talis forme. Constat aūt q̄ sacerdos nihil hoꝝ facit p̄ ɔ̄secrationē imo nullā q̄litatē inducit vel corrumpit in materia panis per forme cōsecrationis p̄lationē: Neqꝫ materiā destruit: quia illa depēdet a solo deo s̄m theologos: ⁊ incepit esse per creationem. Jdeoqꝫ desinere nō potest nisi p̄ annihilationē vel in p̄eristens conuersionē: ad neutrū hoꝝ creata virtus se extendit. Patet de secundo: q2 sacerdos sua naturali virtute non conseruat accidentia panis ⁊ vini sine subiecto: q2 cōseruari est dependere ab aliquo in esse/ saltem eo modo quo conseruatur. Manifestū est aūt q̄ hec accidentia nō depēdent a sacerdote/ eo mō quo ibi sunt: q2 etiā manēt vel manere possunt sacerdote defuncto; vt p3 in hostia p̄ infirmis reseruata. Etiā creatura sicut in producendo req̄rit materiā/ ita ⁊ in conseruādo. Neqꝫ eni3 natura creata accidēs cōseruare pōt sine subiecto. Patet etiā tertiū: q2 sacerdos corpus Christi attingere nō pōt corporaliter/ vt ipꝫ p̄sens faciat: neqꝫ sufficit voluntatis imperium: q2 voluntas humana suo imp̄io extra se nihil facere pōt. ¶ Scđo dico q̄ sacerdos nihil horum triū facere pōt suo merito: q2 tunc sacerdos gratia iustificante carens consecrare non posset/ cum sine gratia nullus mereatur: qđ est manifeste falsum: nam/ vt dicit btūs Aug⁹ in lib. de corpore dn̄i. de consc. dist. 2. Utrū sub figura. Jntra sanctā eccl'am catholicam in mysterio corporis xp̄i/ nihil a bono maius/ nihil a malo min⁹ p̄ficitur sacerdote. Cuius rōnem subdit: q2 nō in merito cōsecrantis: sed in verbo efficitur creatoris/ ⁊ in virtute spūssancti: vt supra latius p̄batū est lec. scđa. Tertio dico q̄ hec fiūt a sacerdote virtute occulta/ nō insistēte sed assistente. Primum patet: q2 hec fiūt a sacerdote/ vt p̄batū est. Et nō p̄mo mō nec scđo: p3 q̄ tertio mō q̄ est facere aliq̄d virtute occulta. Scđm/ q̄ nō virtute insistente p̄batur: q2 q̄libet virtus insistens est creatura: q2 depēdens: sed nulla creatura sua virtute pōt attingere dictos effectus; vt statim supra est deductu. Tertiū p3: q2 sacerdos facit v̄tute occulta nō insistēte: ḡ assistēte. p3 ɔ̄n̄a: q2 oīs virt⁹ occulta aut est insistēs aut assistēs. Hec aūt virtus est virtus creatoris/ ipa videlicꝫ dei volūtas. Determinauit eñ deus se ad efficiendū p̄dicta oīa/ cum sacerdos intētione debita p̄fert v̄ba sup̄ materiā debitā ad hūc effectū a se dn̄o instituta. Vn̄ vbi supra dicit Aug⁹: Credendū est q̄ in verbis Christi sacramēta cōficiantur. Cuius eñ potentia creantur prius/ ei⁹ vtiqꝫ verbo ad melius p̄creātur. An aūt in verbis consecrationis sit aliqua virtus effectiua vel coop̄atiua respectu p̄dictoꝝ insistens/ suo loco inquiret̄. De his beatus Augu. iterū ait: Vn̄ hoc sanctissime deus q̄ sacerdotes cū sint puluis ⁊ cinis te p̄sentē habeāt manibus ⁊ oculis. Non vtiqꝫ ex debito nec ipsorum merito/ sed ex tue volūtatis bn̄placito. Hec est vera indulgentia quā nulli angelorum/ nulli archangeloꝝ/ nullis supernis spiritibꝫ/ sed hominibus: nō oībus/ sed ordinatis credimus cōcessam tanti videlicet mysterij celebratio.

## Lectio. V. A

Circa hanc potestatē cōsecrandi q̄ v̄ts. habitū est inauferibiliter oībꝫ sacerdotibꝫ cōcedit̄/ occurrūt duo dubia. Primū cū auctoritas celebrādi dignissima est: ⁊ summa oīm ecclīasticaꝝ ptātum/ ecclesie a Christo traditaꝝ/ cur nō summis ecclesie hierarchis videlicet ep̄is est reseruata: Nam cū sacrm̄ confirmationis: q2 magna reuerētia tenendum est a solis pontificibꝫ debeat perfici: vt constituit Eusebius papa. de cōsc. dis. 5. Man⁹ Manus q̄qꝫ impositionis sacrm̄ magna veneratione tenendū est: qđ ab alijs perfici non potest/ nisi a summis sacerdotibus. Nec tempore apostolorum ab alijs q̄ꝫ ab ipsis legit̄ aut scitur peractum esse: nec ab alijs q̄ꝫ qui eoꝝ tenent locum vnq̄ꝫ perfici pōt aut fieri debet. Nā si aliter p̄sumptum fuerit/ irritū habeat̄ ⁊ vacuū: ⁊ inter ecclesiastica nūq̄ꝫ reputabit̄ sacra. Ergo multo fortiori ratione videt̄ q̄ hoc sacrm̄ solis ep̄is fuerat reseruandū: qđ ēt ex eo videt̄. Nā maior solēnitas requiritur in consecratione corpis xp̄i q̄ꝫ in cōfirmatione. Eadē rōne videt̄ q̄ solēnior ⁊ excellentior requiritur minister. Ad hoc dubiū respōsio

licet ꝓpter excellentissimā dignitatē dñici corꝑis
deceret ꝙ officiū cōsecrationis hmōi dūtaxat esset
pontificib (imo potius solūmodo sūmo pontifi
ci) reseruatū: tñ ꝓpter vtilitatē quā assequūtur fi
deles ex missaꝝ frequentia aliter disposuit diuina
sapia: cuius ꝓuidentia in suis institutionib re-
gitur eccl'ia. Unde multiplex rō a doctorib assi
gnat: quaꝝ inter alias he sunt. s. Diuini cultus
dilatatio: humanoꝝ defectuuꝫ reparatio: pene
mortuoꝝ mitigatio: beneficij redēptionis frequēs
recordatio: diuine familiaritatis manifestatio:
nostre elationis reprehensio. Ex hoc em̄ ꝙ ptās
hec est simpliciter sacerdotib data / ꝛ nō solū pō-
tificib / ex frequenti missaꝝ celebratione multi-
plicat cult' dei: q̄ pcipuus vel maxim' est in eu
charistie adoratione ꝛ eius sūmo patri oblatiōe.
Deniqꝫ oīs eccl'ie deuotio est in ordine ad hoc sa-
cramentū. ait Sco. dis. 8. q. 1. Propter hoc em̄
clericus deuotius ꝛ maiori diligentia ꝑsoluit of-
ficium diuinum. Propter hoc populus deuoti
us audit missam q̄ q̄dcunqꝫ aliud officiū eccle-
siasticū. Propter hoc ēt populus deuotius sin-
gulisqꝫ cū maiori diligentia confitent pctā: dū in
tendunt fm eccl'ie ordinationē saltē semel in āno
cōicare. Et reuera facile oēs diuinus cultus eua
nesceret: si nō missaꝝ frequētia seruaret. Ex hac
quoqꝫ frequentatione quottidiani defect' nr̄i re
parant: ꝛ pene aiaꝝ in purgatorio existentiū mi-
tigant: ꝛ redēptiōis beneficiū frequenter repre-
sentantur / ꝛ ad memoriaꝫ reducit: ꝛ diuina fami
liaritas ex frequenti sue ꝑsentie exhibitione insi-
nuatur: presentie dico in carne. Et exemplū hu-
militatis nobis exhibetur: vnde elatio nostra re
primitur. Efficax enim humilitatis exemplū est
ꝙ dñs voluit corp' suū a simplicib ꝑsonis tra-
ctari. Et ita ꝓpter dispendiū qđ sustineret eccl'ia
ex raritate celebrationis cauēdum: ꝛ cōmodū qđ
accidit ex frequentia assequendū / ptās illa omni
bus sacerdotibus est cōicata. Ex ꝟo maior solen
nitas requirat in consecratione tanti sacri / atte-
statur celsitudini sacrificij: ꝛ in persona consecrā-
te prouidetur nostre vtilitati: ꝛ ita nō est par ra-
tio in eucharistia ꝛ confirmatione. ¶ Sunt etiā
ideo q̄dā reseruata epīs: nō tñ ea per quoꝝ reser-
uationē dispendiū sustineret eccl'ia: vt dicit Hu-
go / ne eadē auctoritas ꝑsus ab omnibus passiꝫ
vendicata / inferiores erga superiores redderet in
solentes: ꝛ soluto obedientie vinculo scandalum
generaret: vnde singulariter epīs reseruata est cō
secratio chrismatis. Manuū impositio: cōis be-
nedictio / consecratio virginū / basilicaꝝ ꝛ hmōi:
vt per hoc coꝝ superioritas super alios sacerdo-
tes cognoscatur: atqꝫ debitū honorē ꝛ obedien-
tiam a populo cōsequant in affectu. Hec oīa vbi
Alex. de ales. Alias etiā rōnes addit btūs Tho.
in. 4. scripto di. 13. q. 1. sed ille sufficiant ad ꝑsens
¶ B Scđm dubiū: Cū tanta sit vtilitas in fre
quētatione hui' mysterij / cur etiā nō laicis iustis
est cōcessa: ꝑsertim q fm Chrif. oīs sanctus sa-
cerdos est. Unde huius iustis dr̄ qđ supra allegatū est.
Uos estis genus electū / regale sacerdotiū. Ad h̄
tridet Sco. dis. 3. q. 2. li. 4. Sine oī dubitatione 1. Pe. 2.
solis sacerdotibus tradita est ptās cōsecrādi. Uñ
de trini. ꝛ fi. catho. c. Firmiter. Dicitur ex cōstitu
tione Inno. 3. in concilio generali. Hoc vtiqꝫ sa-
cramentū (loquitur de sacro eucharistie) nēo pōt
conficere / nisi sacerdos q̄ rite fuerit ordinat' fm
claues ecclesie quas ipse cōcessit aplis eorūqꝫ suc
cessorib Jesus Christus. Ipse em̄ in vltia cena
(vt etiā supra dictū est) ait aplis: Accipite ꝛ diui
dite inter vos. Luc. 22. Glosa: Accipite ꝛ date.
Ex his ꝟbis dñi discretiue ad apl'os directis pa
tet ꝙ solis aplis immediate hanc dedit ptātem.
Ad idem qđ ibi sequitur. Hoc facite in meam cō
memorationē. oīa hmōi tñ cenantib dicta sunt
aplis scꝫ ꝛ discipulis: quoꝝ successores sunt epī ꝛ
sacerdotes / vt frequenter dictū est. Facit ad ideꝫ 1. Cor. 10.
verbū apli: Panis quē frangimus nōne partici-
patio corporis dñi est. Quē inquit frāgim' nos
scꝫ apli ꝛ discipuli. Si em̄ quilibet posset confi
cere / aliū alij frāgere nō oporteret: sꝫ quilibꝫ pos-
set de suo sacrificio cōicare. Hoc deniqꝫ tenet ro-
mana ecclesia informata ꝛ edocta ab aplis q̄ in-
formati erant a dño. Uñ q̄ cōtrariū astruunt / a fi
dei veritate deuiāt ꝛ infideles iudicādi sunt. Ad
illud ꝟo qđ allegat de Chrif. ꝛ Cano. bti Petri
Dicendū ꝙ non dicūtur sacerdotes ꝓprie scꝫ a sa
cerdotali ordine / sꝫ mystice: q scꝫ mysticū sacrifi-
ciuꝫ deo offerūt. s. seipos hostiā viuentē / sctāꝫ / deo
placentē: fm exhortationeꝫ apli ad Ro. 12. Hec
Alex. vbi s. ¶ C Sed aliquis diceret: Etiam
dñs solis discipulis dixit. Ite docete oēs gentes
baptizantes eos in nomie patris ꝛ filij ꝛ spūs san
cti ꝛc̄. Et licet sic dicendo discipulis cōtulerit oī
bus officium ꝛ ptātē baptizandi: nihilominus
ptās baptizādi data est ꝛ laicis. Unde licet sacer-
dotibus cōueniat ex officio baptizare: tñ si laic'
baptizat est vere baptizatū. Sic videt esse de po
testate consecrandi. ¶ Itē in celebratiōe duo sūt.
Cōsecratio / ꝛ cōmunicatio / q̄ etiā separari possūt
q̄uis nō debeant. vt in. c. Relatū. de cōse. dist. 2.
vbi dicit: Certū est ꝙ hi q̄ sacrificantes nō edūt /
rei sunt dñici sacramēti. Refert em̄ ꝙ quidā con-
secrantes nō cōicabant. Cōsecratio aūt est ꝓpter
cōmunionem: ergo cōio maius est q̄ cōsecratio.
Cū ergo laico concedit ꝙ maius est. s. cōio / videt
etiam concessum ꝙ minus est. i. cōsecracio. Iteꝫ
quia potestas consecrandi est ptās dignitatis: ꝗ
cōuenit digniori: sed dignior est iustus laicus sa-
cerdote petōre: naꝫ peccator nō est dignus pane
quo vescit: priuatus em̄ est omni dignitate / imo
etiam dignitate viuendi. ¶ Ad has obiectiones
dicendū / ꝙ quia potestas ꝯsecrandi ptās quedā
est quā nemo habet / nisi qui eā a dño accepit: hāc
aūt dñs imediate dedit in cena apostolis / ꝛ medi
antibus illis ceteris. Cum ergo iustus laicus il-
lam nō accepit a Christo / patet: nec ab aplis ma
nifestum est / ꝙ nō habet eam. Si em̄ vite digni-

Handwritten marginal notes:

Laici q̄ obre appellentur sacerdotes.

Chrismatis cōsecratio / Manuum īpositio / cōis benedictio / Virginū et basilicarum cōsecratio / Epīs solis reseruata.

Consecratio hostie cur et laicis nō cōcessa.

tas conferret eam/ etiā angeli ꝛ magis virgo be-
nedicta eam haberent. Qd vo apostoli hanc pote
statē laicis non dederunt/ patet ex ritu ecclesie ab
ipsis apostolis ad nos successione legittima de-
scendente/ qui magne est auctoritatis: vt sup̄ ha
bitum est lectione secūda. Tempore aūt aposto-
loꝝ baptizabāt diaconi: vt patet de Philippo di
Act.8. acono eunuchuꝫ Cādacis regine baptizāte. Et
quoniā in omni gente etiā in infidelibus a qbus
aliquis exercebat̄ cultus/ aliquib⁹ personis spe-
cialiter cōmittebat̄ potestas offerendi deo ꝛ con
secrandi ea que sunt ꝯm ritum suū offerenda: qui
ꝛ in illis primatū tenēt: quod etiā apud pharao-
Gen.47. nem regē Egypti seruatū legit̄. Cum ergo i ec-
clesia est ordinatissima potestas offerendi deo et
consecrandi: que ꝯm legem Christi offerēda: ꝛ cō
secranda sunt deo/ congruū fuit illaꝫ aliquib⁹ p̄-
cipuis personis dari. Hi autē sunt sacerdotes.
De baptizandi aūt officio non est simile: quoniā
cū illud sacramentū est necessitatis/ licet officiū
baptizandi sit sacerdotib⁹ specialiter datū: omni
bus tñ instante necessitate est concessum. Et licꝫ
sit aliqua similitudo illarū cōmissionū in gene-
re/ quantū ad hoc ꝙ vtrinqꝫ accipite scꝫ et come
dite. ꝛc. ꝛ Ite baptizate/ solis discipulis dictum
sit: tamen vt patet ex factis sequentib⁹ ꝛ ipsorum
apostoloꝝ institutionibus/ differenter cōmitti-
tur potestas consecrandi ꝛ baptizandi. Nam in
collatione ordinis sacerdotalis quo ptās conse
crandi cōfertur/ specialib⁹ signis scꝫ manuuꝫ vn
ctione: calicis cū patena ꝛ hostie porrectiōe: ꝛ cer
ta verborum forma hanc potestatē expresse signi
ficante datur potestas: vt cognoscant se in illo or
dinis sacramēto auctoritatem consecrandi acci-
pere ꝛ potestatē placabiles deo hostias offerēdi:
vt dicit Hugo. Nō sic aūt datur potestas deter-
minata ad baptizandū: sed ex consequenti ad il-
lam que est consecrandi/ ꝛ que est ligandi ꝛ soluē
di (que etiā speciali signo manus scꝫ impositione
datur) officiū baptizandi consequit̄ non specia-
liter tradit̄: ꝛ ideo etiā in necessitate aliis cōcessa
designatur. Ordinatio aūt sacerdotū ad conse-
crandum ꝛ hierarchizandū ecclesiaꝫ dei ab ipis
apostolis cepit: vt patet ex epistolis Pauli ꝛ acti
bus apostoloꝝ. Et beato Dionysio i de ecclesia-
stica hierar. c. 3. et. 6. ritū huius sacramenti et et
ordinis describente/ qui fuit tempore apostoloꝝ.
Et per hoc patet ad primā obiectionem. ¶ Ad
secundā vero dicitur post Alexandrū de ales/ ꝙ
ꝛ si cōmunio sacra sit maior in effectu sanctitatꝭ
ꝛ gratie quā confert digne suscipienti. Consecra
tio tamen est maior in excellētia siue auctoritate
potestatis: vñ magnitudo hec ꝛ illa nō sunt eius
dem generis: ꝛ ita nec magis nec minus: ꝛ ꝓpter
hoc non sequitur/ ꝙ qui potest in hoc quod mai⁹
est: potest etiam in illud quod minus est: sicut lu
cere excellētius est ꝙ̄ calefacere: nec tamen quic-
quid pōt lucere/ pōt calefacere. Instantia est de
luna. ¶ E Ad tertiā dicit̄/ ꝙ est dignitas meri-
ti ꝛ est dignitas auctoritatis vel officij. Sacer-
dos iniustus ꝛ si caret dignitate meriti/ gaudet
tñ dignitate officij. Laicus iust⁹ econtrario caret
dignitate auctoritatis/ gaudet tñ dignitate me
riti. Ptās aūt cōsecrandi consequit̄ dignitatē au
ctoritatis/ nō meriti: vt supra patuit. Nō in meri
to cōsecrantis. ꝛc. Illa tñ ptās quanto maior et
dignior est/ tanto malis sacerdotibus ea abuten
tibus periculosior est. Nā ꝛ si dñs suoꝝ bñficioꝝ
ingratos/ nōnunqꝫ per beneficioꝝ subtractioneꝫ
castigat grauius tñ punit dum illa nō tollit: sed
ea permittendo conseruat in reprobis ad eoꝝ in-
gratitudinis confusionem/ verecundiam/ ꝛ gra-
uioris damnationis iudiciū: vt qui in sordibus
est sordescat adhuc. Et sicut multo tempore non Apoca.22.
sinere peccatoribus ex sententia agere: sed statim
vltionem adhiberi magni beneficij indicium est:
vt habetur. 2. Macha. 6. ita peccatoribus dona
sua conseruare: eosqꝫ in peccatis sustinere: vt cuꝫ
iudicij dies aduenerit in plenitudine peccatorum
puniat/ grauis ire indicium est. Ad qđ pertinet il 1.Thes.2.
lud apostoli: de iudeis gratiā Christi cōtemnen
tibus: vt impleāt pctā sua semper. Peruenit eñi
ira dei super illos vsqꝫ in finem: sic ꝯm Augu. ad
Perminianū sacramētalis ptās in bonis ꝑma-
net ad premiū: in malis permanet ad iudicium.
Sic tñ beneficiū saluatoris iusto iudicio dei ꝑ-
manet in sacerdotibus malis: vt qđ in eis fuit in
dicium diuine familiaritatis ꝛ quasi arra glie ex
cellentie/ sit illis in penā ꝛ confusionē maiorē co-
ram electis pariter ꝛ damnatis. Ecce habēt sacer
dotes Christi/ vñ in dño glorientur: habēt vñ ti-
meant ꝛ humilient̄: habent vñ mundē ꝛ sollicite
corā dño ambulent: vt in gloria cū fideliter my-
steria dei dispensantibus ꝑmientur. Et tantū de
potestate ordinis necessario requisita in ministro
ad effectum consecrationis.

## Lectio. VI. A

Nter ea que ex parte ministri ad huius sacrificij perfectio-
nem de necessitate sacramenti supius dictū est re
quiri: scđm fuit ꝯmonis facultas. Per cuius de
fectum ab hoc ministerio excludunt̄ muti ꝛ elin
gues: etiā si fuerint sacerdotes rite ꝛ legittime or
dinati. Cum enim sicut cetera noui testamēti sa-
cramenta: ita ꝛ eucharistie cōsecratio certam exi
git materiā: expressam quoqꝫ verboꝝ formā: ꝯm
illud Aug. ome. 80. 1. q. 1. Detrahe. Accedit ver-
bū ad elementū ꝛ fit sacramentū: si alteꝝ illorum
deficit/ nō fit consecratio. Et quoniā verboꝝ for
mā muti ꝛ elingues proferre nō valent/ manife-
stum est ꝙ nō possunt hoc tantū conficere sacra-
mentū. ¶ Et si queritur: Quid si sacerdos mu-
tus cetera in altari ageret: ꝛ alius sacerdos con-
secrationis verba proferret: nōne mutus conse-
craret: Nec obstat vt videt̄ ꝙ vnus a plurib⁹ ba
ptizari nō pōt: quin eadē hostia siue panis possit

carnem brachiū nostrū: sed tota spe ꝓijciamur i
deū: vt ipse nos enutriat. Neq̧ putemus nos ali
quid esse cū nihil simus nos seducētes. Galatha
rum. 6. Lu. 17. Sed iuxta verbū Christi cū fece-
rimus oīa que ꝑcepta sunt / dicamus nihilomi-
nus: serui inutiles sumus. que debuimus facere
fecimus: sciētes quia nō sumus sufficiētes ex no-
bis / quasi ex nobis cogitare aliq̄d: sed sufficiētia
nostra ex deo est / qui fecit nos idoneos mi̅stros 2. Cor. 3
noui testamenti. Tertia certitudo ꝓbabilis. s. ꝛ
cōiecturalis sufficit / quā habere potest sacerdos /
si conatus est vitā ꝑteritā / ꝓsertim a prima con-
fessione diligēter facta examinare: si pctā in hoc
suo examine occurrētia detestetur ꝓpter deū: si ea
cōfiteatur paratus cōfiteri oīa oblita si memorie
occurrerēt. Si nō placet obliuio / sed magis desi
deret ad oīm pctōꝝ suoꝝ illuminari memoriaꝫ.
Si nihil volūtarie omittit qd̄ reminiscētiā pctō
rum adducere posset: Si firmū ꝓpositū oīa mor
talia cauendi habeat: ꝛ cōiecturaliter scire pōt / si
hanc diligētiā fecerit: sicut ꝛ in aliq̄s hūanis suis
actibus scire potest q̄ȝ diligenter / quō / qualiter /
propter quid operetur. Hec ergo diligentia eiusq̧
cōiecturalis certitudo sufficit ad digne celebran
dum. Quod ex eo patet: quia nō requiritur maior
diligentia in examinatione cōsciētie ad digne ce
lebrandū q̄ȝ ad secure moriendū: talis aūt sic se
examinans / dolēs / ꝛ confitens peccata sua / si mo
reretur saluaretur: qꝛ nō requirit dn̄s vltra pos-
sibilitatē humane fragilitatis. ¶ E Si dicis /
omnibus predictis stantibus adhuc potest ma-
nere peccatū aliquod mortale: qd̄ si latuerit cele-
brans in mortali ꝛ extra gratiā celebrat: ꝛ per cō
sequens indigne celebrat. Ad hoc dicēdum q̄ ad
cauēdū indignā celebrationē nō requiritur q̄ sa
cerdos sit in gratia ꝛ charitate: ꝛ ideo sine mor-
tali: qm̄ si sic vt dictuꝫ est dispositus accedat nō
indigne accedit. Quia sic accedendo etiam si fue
rit in mortali / non nouo mortali peccat: licet eti-
am non digne accedit: ita digne vt per consecra-
tionem ꝛ participationē eucharistie mereatur si
bi grām infundi: licet alterū de duob⁹ supdictis

diligentia maior nō requirit in examinatione cōsciencie ad digne celebrandū q̄ ad securē moriendum

consequat' vel remissionē peccati ignoti: vel illu
minationē ad eius memoriā / ꝙ si preteritur/ grati
am cōsequitur. Unde patet ꝙ inter indignū ac-
cessum ꝛ dignum datur medium: vt indign⁹ ac-
cessus dicatur quo nouuꝫ mortale incurrit'. Di-
gnus quo gratia augetur: medius quo neqꝫ no-
uū peccatū incurritur/ neqꝫ gratie augmentū ꝑ-
cipitur. Et ꝑ hoc respōdet' ad replicā supra lectio
ne. 7. motā: negādo ꝙ impossibile est sine morta
li eucharistiā cōsecrare aut sumere: quoniā mul-
ti sumunt nō solū sine nouo mortali / sed etiā cuꝫ
merito ꝛ gratie augmento. Unde glo. Hierony
Mat. 14 mi sup verbo Biberūt ex eo omnes. Felix ebrie-
tas/ salutaris satietas/ que quāto copiosius su-
mitur/ tanto sobrietate mētibus dignat' donare
Et ad probationē negel' vtraqꝫ pars ꝓbationis.
Prima quoniā stat cōsecrātē esse in peccato mor
tali: et tamē nō indigne sumere aut cōsecrare: vt
statim declaratum est. Unde superius caute ad
ditum fuit/ scienter: ita ꝙ consecrans in mortali
scienter/ indigne accedit. Similiter secūda pars
negetur: quia licet homo nō posset scire ꝑ euiden
tie certitudinē se esse sine mortali: potest tamē de
hoc habere certitudinē coniecturalē: et quibusdā
signis habere spei fiduciā: vt dicit Alexā. de ales
4. parte. que. 46. mēbro. 1. Et subdit. vñ Bern.
in sermone de septuagesima. Nescit homo vtruꝫ
dignus sit amore an odio: sed spei fiducia cōsola
tur nos scriptura/ ne dubitationis huius anxie
tate penitus cruciemur. Propter hoc data sunt
quedam signa et indicia manifesta salutis: vt in
dubitabile sit eum esse de numero electorum: in
quo ea signa permāserunt. Et postponit quattuor
Jo. 8. Primū si deuote audit verbū dei. s̄m illud: Qui
ex deo est verbum dei audit. Alia tria sunt opera
vite agere: a peccatis continere: comissa deflere
1. Jo. 5. que ponit sermo. 2. super canonē Joannis expo
nēs illud: Tres sunt qui testimoniū dant in ter-
ra: spiritus/ sanguis/ et aqua. Fidelis sermo inde
ꝛ omni acceptione dignus/ quo salutis testimo-
nia cōmendant'. Quis est qui testimoniū habet
effusi sanguinis Christi/ nisi qui cōtinet a pctis.
Habet ꝛ ab aqua testimoniū qui laborat i gemi-
tu suo lauās per singulas noctes lectū suū i sane
sanctū superuenisse spūm certissime noua cōuersatio
testat'. Jā vt breuiter reperā ꝛ a sanguine ꝛ a spū
habes testimoniū ab aq̄/ ꝛ si cōtines a pctis: si di
gnos agis penitētie fruct⁹: si facis opa vite. Hec
Bern. Hinc accipit' ꝙ habēs ꝓpositū a pctis ab-
stinendi: dolens de pctis comissis: ꝓponens obe-
dire mandatis: cū ceteris supradictis habet cer
titudinem sufficientē. Hinc ait Alex. Talis acce
dens ad corpus Christi cū debita reuerētia non
peccat/ nec exponit se discrimini. Sufficit eñ ha
bere notitiā ꝑsumptionis ꝑ cōiecturas eo modo
quo dictū est. Et hoc videt' innuere apl's q̄ nō ait/
dū digne accedendi regulam ponit/ sit sine pecca
to: aut habeat in se grām/ sed ꝓbet semetipm hō.
Glosa id est examinet: ꝛ sic de pane illo edat. ꝛc.

¶ f Et per hoc ad illud: Nemo scit vtrū amore Eccle. 9.
vel odio dignus sit. Dicendū ꝙ loquit' de amore
ꝛ odio finali. Uñ ibi sequitur. Sed oia in futurū
reseruātur incerta: vel si loquitur de presenti/ vt
cōmuniter exponitur. Dicendum ꝙ loquitur de
scientia per certitudinem euidētie. Hoc enim so-
nat verbū scit. Quod vero additur ex Prouer.
Quis dicere potest mundum est cor meū? Dicen
dum ꝙ non intendit dicere ꝙ nullus sit sine pec-
cato mortali: sed loquitur ibi sapiens cōtra pre-
sumptuosos/ qui seipsos temerarie iactāt/ ac de
suis meritis laudant: hi eo ipso ꝙ tales sunt ma
li sunt. Unde glosa ibidem non dicit: quis habet
quis dicitur: Beati mundo corde. Sed quis po Mat. 5.
test dicere/ quia temerarium est se laudare: Uel
intelligitur de peccato veniali. ¶ Sufficit er-
go quemadmodum ex predictis colligitur/ certi-
tudo moralis / ad cauendum indignuꝫ accessum
ad eucharistiam venerabile sacramentū. Hec au
tem certitudo moralis excludit scientiaꝫ ꝛ firmā
fidem de inexistenti peccato: ꝛ compatitur secum
vacillationē quādā animi ꝛ suspitionem seu hesi
tationē/ ꝛ scrupulū non sufficientis adhibire dili
gentie seu indispositionis. Sed nō debet quis ꝓ
pter hec celebrationē suspendere seu ꝑtermittere
Est eñ scrupul⁹ seu hesitatio/ dubitatio quedā/
seu formido: consurgens ex aliquibus cōiecturis
debilib⁹ ꝛ incertis: ꝛ hic stat cū morali certitudi
ne. Sicut etiā apparet ꝛ in ciuilib⁹ negotijs/ vbi
ꝓpter leuē timorē d̄ damno nō dimittunt nego-
ciatores suarū mercantiarū exercitia: sed magis
s̄m ea que probabilius accidere cognouerint aut
estimauerint operantur ꝛ exequūtur. ¶ G Si
diceres s̄m beatū Grego. Piarum mentium est
cognoscere culpā vbi culpa nō est: multo magis
cognoscenda est culpa vbi dubiū culpe est. Et per
consequens etiam in leui dubio celebrandū non
est. Rñdetur s̄m dñm Altissiodorens. ꝛ Joannē
Gers. cancella. Parisieñ. ꝙ in dubio probabili
cōmitteret se discrimini: qui stante illo probabili
dubio celebraret: ꝛ ita peccaret periculo se com
mittens: secus in dubio leui. Est aūt probabile
dubiū qñ pro vtraqꝫ parte sunt rationes eque for
tes que faciunt animū trepidare/ ne alicui parti-
um audeat cōsentire: vt si habeat fortiora moti-
ua ꝙ non fecerit debitā diligentiā in recolligen-
do ꝛ examinādo se de peccatis ꝯmissis/ ꝛ detestā-
do ea q̄ꝫ ꝙ fecerit: vel certe rationes eque fortes.
ꝛ in tali dubio celebrans peccat. Si vero verisi
militer estimat se fecisse diligētiam quā tenetur: ꝛ
timet tamen de opposito ꝛ bona fide plus credit
se fecisse q̄ꝫ nō fecisse: ꝛ in tali dubio celebrat/ nul
lum peccatū est: nec periculo se cōmittit. Huic al
ludit verbū beati Aug. supra allegatū. Licet de
peccato mordeat': hoc est scrupulis ꝛ suspitioni-
bus agitet': quasi nōdū satis penituerit/ aut cla
re satis cōfessus fuerit: vel nōdum pro eis satisfe-
cerit: si peccandi tamen de cetero nō habet volun
tatem: ꝛ satisfaciat lachrymis nō quidē sensibili

ter defluentibus. Ille eñ nõ requirunt necessario ad peccati remissionẽ: sed lachrymis spũalibus que sunt peccatoꝝ cõmissoꝝ detestatiões et satisfaciat orationibus / petendo veniã / ⁊ dignã sui dispositionẽ a dño. Sequit: Accedat secur⁹: videlicet nõ obstante tali remorsu ac scrupulis. Ad idem facit quod dicit Alexan. de ales pte. 4 questio. 46. membro. 3. arti. 2. Quando existẽs aliquis in mortali peccato fm veritatem non tñ habet conscientiã mortalis peccati / ꝗ preparat se sufficienter fm conscientiã suã vt digne accedat: non tñ sufficienter fm veritatem bene accedit / ꝙ in ipsa susceptione confertur sibi gr̃a: ⁊ resurgit a morte peccati / ⁊ vnitur corpori christi. Nonne vt dicunt sancti / hoc sacramento vniũtur membra xp̃i corpori. Vñ dico ꝙ ꝗ vnita sunt fortius vniũtur: ⁊ quãq; gratia collata in ipsa susceptione sacramenti vnit non vnitum. Et allegat beatũ Augusti. in quodã sermone de ver. euãgelij plane dicẽtem / ꝙ qñ manducat viuificat mortuos. Hec alexander. ¶ H Ad beatũ Grego. respõdet cancella. Agnoscere culpã ꝑ firmũ assensum vbi non est / non est pium / sed stolidum ⁊ fatuũ. Unde ⁊ ve eis imprecat per prophetã. Ue qui dicitis bonum malũ / ⁊ malũ bonũ. Neq; hoc voluit btũs Gregorius. Sed agnoscere id est timere culpam cum reputat culpam ex quadam leui suspitione: vbi fm veritatẽ quã euidẽter nescit culpa nõ est: hoc est piarum mentium / que nõ solũ abstinent ab his que sciunt vel firmiter credunt esse culpas: sed et ab his que suspicãtur esse culpas. Nec solũ a malo / sed etiã ab omni specie mali: fm apostoli consilium abstinere satagũt. Ualet hec doctrina scrupulosis / in quibus nulla est animi cõstantia / qui iugiter in expletione suoꝝ officioꝝ timẽt culpabiliter se deficere: quãdoq; propter minima que vel modici vel nullius sunt ponderis abstinentes ab operib⁹ laudabilib⁹ ⁊ virtuosis: sicut aliqui abstinent a largitione elemosinaꝝ in ecclesia: q2 stulte timent hoc eis imputari ad hypocrisim: aliꝗ a celebratione missaꝝ ex modicissima ꝑturbatione mentis. Debent aũt hi consilijs superiorũ et doctoribus deuotis viris acquiescere: ⁊ ad eoꝝ consiliũ contra tales vacillationes / trepidationes et scrupulos audacter ⁊ viriliter operari / quatinus fiant robusti / solidi / ⁊ tranquilli in suis operationibus: sic eñ plerũq; vincunt hmõi scrupuli ⁊ abscedunt. Qui vero renuunt ac spernunt superiorum ac prudentũ consilia ad deponendum tales scrupulos ⁊ arrogantia ⁊ supbia sunt suspecti ꝑponendo scilicet sua iudicia maioꝝ doctiorumq; consilijs ⁊ iudicijs: tales deniq; vix aut nunq̃ liberari possunt a scrupulis: nec ad solidam cõsciẽtie quietem perueniẽt: sed magis nõnũq̃ ad tantam pusillanimitatẽ prolabuntur: vt vix quodcũq; opus audeant explere: fitq; eis persepe peccatum fallente conscientia: quod aliunde peccatum non foret. Et rursum nullam pacem / nullã conscientie puritatem obtinere valent: priuantq;

se sepe hospite gratie qui est spiritussanctus. De quo dicit propheta: In pace factus est loc⁹ eius. Attẽdendum est hic consiliũ beati Bernardi qd super hac re prestitit. Erat ex discipulis eius quidam tantis inquietat⁹ scrupulis: vt ad celebrandũ nullo pacto auderet accedere. Dixit ei deuotus Bernardus hoc precipiens. Uade frater et in fide mea celebra. Obediuit discipulus / ⁊ scrupuli omnes protinus discesserunt. Laudanda et imitanda tam deuoti patris industria q̃ discipuli humilis obedientia. Hec de impedimẽtis que sunt tantum culpe.

## Lectio. IX. A

Impedimenta ꝗ sunt pene tantum / sunt pene iuris siue canonis ꝗ etiã ipediunt ordinatã cõsecrationẽ. Est aũt pena canonis pena inflicta per canones vel saltem fm canones prohibens vel arcens punitũ ab aliquo actu ecclesiastico / qui alias sibi liceret. Dicitur per canones: quia aliquãdo hmõi pena incurritur ipso facto dum canon fuerit late sententie / vt est canon. Si quis suadẽte. 17. q. 4 Per quẽ excõmunicatus est quisquis manus violentas inijcit in clericũ / etiã sine iudicis declaratione. Dicit vel fm canones: quia aliquãdo pena ipsa nõ statim ipso facto incurritur: sed per iudices fm canonũ dispositiones infligit: vt quando canon hec vel illa facientẽ mandat excõmunicari. Dicit qui alias sibi liceret: q2 nõ ẽ pena laico ꝙ nõ conficiat: quia hoc al's sibi nõ conuenit: sed sacerdoti pena est. Neq; homini pena est si volare prohibetur. Sunt aũt quãtũ hic sufficit sex pene tales / sc3: Depositio / degradatio / infamia / irregularitas / excõmunicatio / interdictum / ⁊ suspensio: quaꝝ omnium amotio requirit vt sacerdos ordinate celebret. Quia ligat⁹ aliqua dictarum sex penaꝝ celebrans facit contra prohibitionem eccl'ie: ⁊ ita celebrãdo / mortaliter peccat: ꝑsertim si nõ ignorat se aliqua dictaꝝ penaꝝ ligatum. Ignorat dico: ignorantia nõ iuris / sed facti: nam ignorantia iuris nõ excusat: quia tenetur ille qui exponit se ad tm̃ actum / scire iura fm que potest rite exercere tantum actum. Ignorantia aũt facti excusat: vt si quis ignoret se a iudice excõmunicatũ / ⁊ ita excõmunicatus celebraret: vt de clerico deposito vel excõmunicato in pluribus ca. continetur. Dũmodo tñ ignorantia fuerit probabilis / nõ crassa aut supina: vt in ca. Apl'ice. de clerico excõmunicato. Quoniã si per famam alicui cõstaret cõtra eũ latã fuisse excõmunicatiõis sententiã / etiã si de lata in eum s̃nia dubitaret / deber potius abstinere q̃ sacramenta dñica pertractare: quia in dubijs via tutior est eligenda / ꝙ si in tali dubio celebrat: penã quã canon his ꝗ post excõicationem diuina celebrare ꝑsumpserint infligit / incurrit: licet cum talibus misericorditer dispensetur: vt in ca. Illud dño. De clerico excõ-

municato. Nec solum sic celebrantes peccāt: sed etiā irregularitatē incurrūt: vt i titulo allegato in diuersis ca. patet. Inter illas tamen penas canonis nō includit excōmunicatio minor: in qua licet celebrans grauiter peccet: tamen irregularitatē nō incurrit: vt in eodē titulo ca. Si celebret vbi dicit: Si celebret minore excōicatione ligatus/licet grauiter peccet: nullius tñ notā irregularitatis incurrit. Et sequit. Peccat aūt conferendo ecclīastica sacramenta: sed ab eo collata virtutis nō carent effectu. ℂ B Pro aliquali et generali harū penarū notitia notandū fm Scotum di. 25. li. 4. q. 1. ꝙ depositio est maxima penarum supra noiatarꝫ: qꝛ est totalis amotio a statu clericali: et si degradatio sit amotio ab omni gradu clericali/tūc idem est depositio et degradatio. Si autē degradatio sit depositio tm̄ a determinato gradu/reseruato gradu aliquo clericali: vt a gradibus maioribus/reseruatis ordinū minorum gradibus: tunc degradatio est quedam pena partialis respectu depositionis. Remouetur autem depositus a statu et gradu clericali: nō ꝙ caracter ordinis sibi tollatur: nec per cōsequens ordines suscepti: sed tollitur fauor exeqndi actū cuiuscūqꝫ ordinis: et etiam priuilegium clericale quod competit ordinatꝫ. Unde et talis traditur curie seculari: Ita ꝙ quantum ad ecclesiasticos actus licite exercendos/quantum ad tutelā personarum ecclesiasticarꝫ: et quantum ad forum degradatus totaliter excluditur a numero personarum ecclesiasticarum. Ista pena nunqꝫ a iure: sꝫ precise infligenda est a iudice/fm formā que habetur de penis degradationis: lib. 6. Nec nisi ꝓpter enormia crimia/qualia sunt heresis/scisma reuelatio confessionis: vt habetur in diuersis capitulis et canonibus. Nec tollitur seu remittitur hec pena/nisi per restitutionem in integrū a solo papa: Quis legitime depositus non legatur postea restitutus. ℂ C Secunda pena est infamia/que est status lese dignitatis quantū ad vitam et mores: sicut fama est status illese dignitatis quantum ad vitam et mores. ℂ Et est differentia inter infamem et infamatū. Nam infamatus est is qui de crimine aliquo ꝓpter quod ius determinat aliquem infamem fore ab aliquo accusatur. Sed infamis est nō propter impositionem hmōi criminis: sed qui crimen tale publice cōmisit: vel a iudice coram quo probatur crimen eius iudicatur infamis. Et ita omnis infamis est publice notatus de crimine quod ius punit pena infamie. Sed quandoqꝫ non est de hoc in iudicio conuictus: et tunc est infamis tantum in iure et non a iudice. Quandoqꝫ conuictus: et tali pena a iudice damnatus: et tūc est vtroqꝫ modo infamis/et a iure et a iudice. Contrahitur autem hec pena infamationis ex impositione criminis infamatorij: sed pena infamie cōtrahitur (vt dictum est) a iure vel a iudice tali pena puniēte. Crimina vero ꝓpter que hec pena infligitur tanguntur. 3. questione. 7. Infames. Et. 6. questio. 1. Omnes. vbi dicitur/ꝙ omnes ifames dicimus quos leges seculi infames appellāt. Hec pena ꝙ ad infamationē tollitur purgatiōe canonica. vt in capitulo. Ex tuarum. De purgatione canoni. Quo ad infamiam tollitur restitutione in integrum ab eo qui sic potest restituere. Ut de testibo testimoniū in glo. super verbo emendatus. Ista pena simpliciter grauior est qꝫ depositio quantū ad vitam ciuilem/nisi depositio includat illam: quia ista prohibet ab omni actu legitimo etiam post actam penitentiam: quia talis persona vilis est/et infamibus porte dignitatis patere non debent. De regulis iuris. Infamibus. libro. 6.

ℂ D Tertia pena est irregularitas: et hec est inhabilitas ad susceptionē ordinum et executionē actuum eorundem. Ista frequenter incurritur a iure: Quis posset aliquando infligi a iudice fm iura. Incurrit aūt a iure ex qbusdā criminibus et ex qbusdā nō criminibus. Ex quibusdā q̄ qñqꝫ possunt esse crimina/qñqꝫ non crimina. Ex criminibus q̄tuor ꝑtinentibus ad ordies vel actꝰ eorꝫ: que sunt simonia/furtū in ordine/ministerium in ordine nō suscepto/cōtumacia in nō seruādo penas ecclesiasticas. Sequitur etiam irregularitas ex tria non crimina: scꝫ seruitutem: illegitimitatem: turpem aut enormē mutilationem vel infirmitatē. Sequitur etiam irregularitas duo que quandoqꝫ esse possunt cū culpa/quandoqꝫ sine culpa. Hec sunt/homicidium/bigamia. Hec omnia cū sequentibus latiorem exigūt tractatū qui principalius ꝑtinet ad dominos canonistas.

ℂ E Quarta pena est excōmunicatio maior. Hec enī simpliciter est excōmunicatio/que est exclusio alicuius a cōione fideliū: nō quidē exclusio corporalis q̄ fit ꝑ incarcerationē aut realē exclusionē ab alijs: sed ꝑ ꝓhibitionē/ne cōmunicet cum alio vel alij cū eo. Excōmunicatio vero minor nō est nisi excōicatio fm quid: qꝛ fm quid excludit a cōmunione fideliū: qꝛ in sacramētis tm̄. Hec incurritur qñqꝫ a iure/qñqꝫ a iudice: A iure quidē in casibus pene innumerabilibus qui olim fuere pauci. Nec tamē a iure nec a iudice infligi debet nisi pro mortali. Nec quocūqꝫ sed graui/qđ etiā cōcomitat cōtumacia: quia qꝫdiu aliquis paratus est satisfacere pro culpa: et audit ecclesiā: quare habendus esset sicut ethnicus et publicanus: cū fꝫ Christū pena ista infligat quasi vltima illi qui non vult audire ecclesiam qui est finaliter cōtumax. Hec relaxat per illum qui excōmunicauit/si est excōicatio a iudice vel eius superiore. Si vero iure/ꝑ absolutionē eius qui cōdidit ius/vel cui absolutio est reseruata aut commissa vel cōcessa. Ista pena cōparata ad p̄cedentem est simpliciter grauior: quia excludit ab omī cōione fidelium alias licita. Irregularitas vero tantum ab his que pertinent ad ordines. Sed ista reputatur leuior: qꝛ facilius remittitur. Sed hoc est ad oppositum: nam ideo facilius remitti

Infamis et infamatus differunt.

Depositio

Degradatio

Degradatio quibus ex causis infligat.

Infamia

Irregularitas

Excommunicatio maior

Excommunicatio minor

tur: quia grauissima est z a pluribus excludit. Ille etiam due pene irregularitas z excōmunicatio possunt esse publice vl' priuate. Et quo ad hoc ꝙ possunt esse priuate sunt minus graues q̄ȝ altera duaꝝ primarū que semper sunt publice. ¶ F Quinta pena est interdictum que est arctatio a quibusdam actibus ecclesiasticis exercēduȝ vel ab assistendo quibusdam talibus. Et illa pena licet aliquando possit infligi loco z non persone: quandoqȝ persone z nō loco: quādoqȝ vtriqȝ. Et sicut infligitur ita seruanda est: tamen vt est distincta pena a ceteris frequentius infligit' loco z non personis: id est non nisi vt in loco: vt scilicet in tali loco nō liceat celebrare solenniter diuina: nec alys interesse. Illa pena interdicti seu ꝓhibitionis cōtrahit' quandoqȝ a iure: vt exempli gratia: De receptantibus extraneos vsurarios quoꝝ terre q̄ȝdiu in eis fuerint ecclesiastico sunt supposite interdicto: vt in ca. vsurarum voraginem. De vsuris libro. 6. Infligitur vero a iudice propter causas innumeras: comunis tamē propter inobediētiam populi terre: relaxatur per illum qui posuit interdictū. Quādoqȝ etiam a iure: vt in ca. Alma mater. de sententia z excōmunicatione libro. 6. Sexta pena est suspensio et est prohibitio alicuius ab aliquo alias sibi conueniente/ z hoc ad tempus. In hoc distinguitur ista pena specialiter contra alias. Hec est multiplex: Quedam est suspensio ab officio: quedam a beneficio: quedaȝ ab ingressu ecclesie. Et incurritur aliquando a iudice/ aliquando a iure. Tollitur autem ab eo qui eam tulit vel eius superiore. Istam materiam latius tractat Scotus distinctione. 22. questione. i. libro. 4. Hec breuiter tacta sufficiant.

## Lectio. X. A

T Ertium ordinate cōsecrationis impedimentū remouendū: nec est culpa nec pena. Et hoc ē duplex scilicet solutio ieiunij nature: z corporalis immundicia in certo casu. ¶ Circa primū est notanduȝ s'm doctorē Scotum questio. 3. distin. 8. libr. 4. ꝙ duplex est ieiuniū: scilicet nature z ecclesie. Ieiunium nature est carentia cibi suscepti in stomachum/ vel in via ad stomachum/ a principio diei a quo quis dicitur ieiunus. Cibi dico s'm durandum: hoc est cuiuscunqȝ rei que nutrire potest siue in se siue alteri coniuncta. Ieiuniū ecclesie est quo aliquis vnā comestionē vnius diei nō transgreditur per extraordinariam refectionē s'm morem ecclesie. Unde ea que sumuntur propter alios cibos deducendos: puta potum post prandium: vel digerendos/ sicut species medicinales aut electuaria/ ieiunia ecclesie non soluunt: Ita nec medicina qualibet hora diei sumpta. Per hoc ad propositum dicitur/ ꝙ tam ad celebrādū q̄ȝ ad manducandū ordinate z licite/ non sufficit ieiunium ecclesie: sed regulariter requiritur ieiunium nature. Hoc patet per beatuȝ Augustinū ad inquisitionem Januarij. Et habetur in canone de consecratione distin. 2. Liquido. Placuit spirituisancto/ vt ad honorem tanti sacramenti prius in os christiani dn̄icuȝ corpus intraret q̄ȝ alij cibi. Et ratio huius principalis est diuina institutio quā Christus discipulis suis dedit. Uel ꝑ ipsos ꝓmulgauit/ vel saltē instituēdū reliquit. Ad quod sonat canon allegatus dicens: Nanqȝ saluator quo vehementius cōmendaret mysterij huius altitudinē/ vltimū hoc voluit infigere cordibus z memorie discipuloruȝ: a quibus erat ad passionem digressurus. Et sequitur ad propositū. Et ideo non precepit quo deinceps ordine sumeretur: vt Apostolis per quos ecclesiam dispositurus erat hunc locū scilicet institutionis seruaret. Et ꝑ hoc tollitur obiectio de Christo qui post agnū typicū cū discipulis comestū eucharistiam sumpsit z dedit/ ꝓpter causam scȝ statim supra expressam. Et vt figuraȝ veritas sequeret'. Ibi q̄ȝ noua inchoaret vbi vetera terminabat. De q̄ infra vn̄ sequit' in auctore Aug. Si em̄ Christus maluisset vt post cibos alios sꝑ reciperet' credo ꝙ eū morē nemo mutasset. Cū v° ait ap'lus de hoc sacramēto loquens. Propter qd̄ frēs cū veneritis ad mādicādū inuicē expectate: si quis esurit domi mādicet: vt nō ad iudiciū cōueniat'. Statiȝ subtexuit q̄ ad sacramēti eiusdē ordinē ꝑtinēt scȝ quo mō ieiuni. zc. Cetera cū venero disponā. vbi datur intelligi/ q2 multū erat vt ep'la illis totuȝ agendi ordinē insinuaret: qd̄ vniuersa ꝑ orbē seruat eccl'ia ab ipso ordinatū esse qd̄ nulla regionū diuersitate variat'. Hec ibi. Probat' etiā idē per ca. ex ꝑte de celebratiōe misse: vbi dr/ ꝙ sacerdos nō debet vinū perfusionis. i. ablutionis accipere cum voluerit eodem die missam aliam celebrare Itē. 7. q. i. c. Nihil. Null' post cibū z potū quelibet etiā minimū missas dicere p̄sumat. Si ꝗ ablutio que t'n ad cautelā accipit' z modica est impedit: quanto magis omne qd̄ in os sumit' z in ventrem traijcit' impedit. Et eadem rōnabilis est hec institutio ꝓpter tanti sacramēti reuerentiaȝ/ que maior est regulariter in prāso q̄ȝ ieiuno. Et vt prius querat' cibus sp'ualis q̄ȝ corꝑalis. ¶ B Sed dice. Dictū est ꝙ ieiuniū nature est abstinentia a cibo a ꝓncipio diei. Un̄ sumitur principiū diei? Ad hoc dicit': licet p'ncipiū diei s'm diuersos diuersimode sumat'. Nā quidā a meridie/ quidā ab occasu/ q̄dā ab ortu solis diē incipiūt. In ꝓposito t'n s'm beatū Thom̄. di. 15. 4. eccl'ia incipit diē a media nocte. Et ideo si quis post mediā noctem aliquid sumpserit ꝑ modū cibi aut potus/ nō debet illa die celebrare: nec cōionem sacri participare. Nec refert dicit btūs Tho. in. 3. parte summe z post eū Durandus/ vtrū post cibū z potum dormierit aut etiā cibus digestus sit quantū ad rōnem p̄cepti. Et hoc est cōtra glo. in. c. ex ꝑte de celebra. misse dicentē: Anteq̄ȝ cibus digestus sit/ cor-

pus Christi sumi nō debz. Et allegat ad hec an. Tribus. De cōsec. di. 2. Sed ille canon nihil ad ppositū: qz loquit de ieiunio seruando post sumptionē sacri / nō ante. Vñ dicit. Qui mane sūpsit sacrm ieiunet vsqz ad sextam: qui tertia vel quarta / vsqz ad vesperam. Sed z hoc ipm abrogatū est p ecclie generale cōsuetudinē: qd approbat Hostien. q nec credit dormitionē esse necessariā. Et quāqz nō refert quantū ad rationē pcepti / vtruz dormierit aut cibū digesserit: refert tñ quantum ad pturbationē mentis quā patiunt hoies pter defectū somni. Ex quo si quis multū perturbat debet a cōione sacramenti abstinere. Sed qd de reliquijs ciboz manētibus in ore si traijciantur casualiter. Respōsio. Nō impediūt a celebratione: tū quia traijciuntur per modū saliue: tū qz nō sumuntur tanqz de nouo illo die. Idē dicitur de reliquijs aque: qua os abluitur dūmodo nō traijciant in tanta quantitate / vt maneant in ppria specie aque: sed quasi conuerse sint in saliuā. Dicit etiam hic Richar. de media villa dis. 8. 4. q. 3. articulo secūdo Nec est acquiescendū dicentibus / q illi qui post dictū matutinū in sero bibit nō est licitū celebrare sequente die / nisi prius itez dicto matutino. Hoc em non inuenitur statutū. Et hec Richar. Verū licet nō sit necessarium tale abstinere: videtur tamen q sit valde congruū cum matutinale officium ad diem istū pertinet / a cuius principio celebrans tenetur esse ieiunus ieiunio nature. ¶ C Dictum est autem regulariter: quia in casu potest sumi z consecrari a nō ieiuno ieiunio nature. Unus casus est quasi generalis quantū ad sumentes .s. corporis infirmitas grauis. Unde quādo timetur periculū mortis immīnentis / periculū esset negare infirmo / licet pranso poscenti sacramentū cum sit viaticū Et ideo dandū est ei qui proficiscitur ex hoc mūdo / vt per ipsum perueniat ad terminū: Concordat Richar. disti. 8. 4. Alius est casus specialis quo ad cōsecrantē / quo etiā nō ieiunus potest cōsecrare z sumere: z est casus iste. Minister ppat calicē sacerdoti / z p errorē p vino ponit aquā sacerdos supponens ministrū bene fecisse procedit ad consecrationē z calicis sumptionem: in cuius sumptione aduertit esse aquā / ipsa in ventrē traiecta. In quo casu tenetur sacerdos sanguinē de nouo consecrare / z consecratum sumere: qz pius per aque sumptionem soluerit ieiunium nature. Quod probatur: quia quando sunt duo pcepta ordinata: preceptū superioris magis ligat Est autem vnū preceptum Christi z ecclesie sumptum ex ratione sacramenti / q ipm quando conficitur integrū perficiatur: quoniā sacrificiū i se est quoddam integrū ex duobus. De qua integritate seruanda habetur scriptum ecclesie mandatum de consecra. di. 2. Comperimus. vbi dicitur: Aut sacramenta integra pcipiāt ab integris arceātur: z loquitur ibi canon de sacerdotibus cōficientibus z non sumentibus. Et subditur ratio quia diuisio eiusdem sacramenti sine grandi sacrilegio non potest puenire: ergo non obstante quocunqz alio precepto ecclesie: maxime quod non respicit propriam z essentialem rationem sacramenti tenetur celebrans ad illam integritatē seruandum: ergo qui iam percipit aquam: tenet simpliciter ad complendū illud quod pretermisit: scilicet ad consecrationē sanguinis. Et confirmatur per canonem Nihil. 7. questio. 1. vbi sic habetur: Nullus minister atqz sacerdos absqz puentu patentis molestie cum ceperit imperfecta officia presumat omnino relinquere. Et si quis hoc temerarie presumpserit / excōmunicationis sententiam sustinebit. Relinqueret aūt imperfectum eucharistie sacramentū qui corpus Christi consecraret sine sanguine. Saltē quantū ad significationem passionis Christi que perfectius significatur per vtrasqz species panis z vini qz per alteram tm. Unde dicit btūs Aug. in li. sententiarum psperi. Et habetur de consecra. di. 2. Dū frangit. Duz frangit hostia / vulneratio Christi itelligit. Dū sub speciebus vini sanguis eius sumitur / eiusdem sanguinis effusio de latere Christi designatur. Et tunc vltra. Si tenetur cōsecrare / tenetur z sumere: per ca. relatū de conse. di. 2. §. allegatū: vbi dz q qui sacrificantes nō edunt / rei sunt dñici sacri. Et seqtur: Qui talis est / a cōmunione vno anno nouerit se repulsum. Tenet ergo nō ieiunus eucharistiā sumere. ¶ D Sed di. ergo in casu sacerdos erit pplexus: qz tenetur sumere z sumendo in casu sumit non ieiunus: z per 9ñs cōtra pceptū in ca. Liquido. Et ita peccat transgrediendo preceptum ecclesie. Ad hoc respondetur q ecclesia nō ita stricte phibet nō ieiunum percipere / sicut prohibet diuisionē sacri: que videt esse phibita a Christo z a primeua eius institutiōe. Nec etiā ita stricte phibet nō ieiunū pcipere sicut pcipit consecranti sacerdoti cōsecratum sanguinē sumere. Ex vna em parte habet sacerdos pceptum Christi: vt. s. sanguinē cōsecret post corpis consecrationē: habet z districtū ecclesie pceptum de percipiendo cōsecratū. Ex alia āt parte nō habet nisi leue pceptū ecclesie cōparatiue. s. de ieiunio. Ibi em nō ponit q suscipiens nō ieiunus sit reus dñici sacramenti: neqz q cōmittat sacrilegiū. Nec repellitur a cōione per annū / sicut in priori pcepto. Nō est ergo ille pplexus: qz seruare debet pceptū Christi z ecclesie qd est strictius: z omittere pceptū ecclesie qd est minus strictum. Nec ecclesia voluit illū ligari in hoc casu p scōm pceptū: sed magis voluit eū nō seruare z ligare ad oppositū. Et ptz ex alio q ieiuniū nō est ita necessaria cōditio in suscipiente: qz in die parasceues particula posita in calice percipit cū vino nō cōsecrato. Et verisimile est q vinū citius descendat in ventrē qz illa particula: ergo ex cōsuetudine ecclesie sacerdos percipit eucharistiā nō ieiunus. ¶ Itēi pmo casu generali licet sumere eucharistiam nō ieiuno. s. infirmitatis. Sed in nul-

lo casu licet celebranti diuidere sacrm̄/aut consecratũ nõ sumere/nisi in casu impossibilitatꝭ. Puta si sacerdos deficeret. De q̃ infra. Vñ patet nõ esse ita strictũ ꝑceptum de ieiunio/sicut de nõ diuidendo ꝛ sumendo. Hic ergo habet locũ regula cancel. Gerso. in suis moralibꝫ regulis. Si incidant duo ꝑcepta incõpossibilia ex culpa sua agat illud qđ de se est magis obligatoriũ: ꝛ a nouo peccato imunis existit. ℭ E Si querit̃: In casu postq̃ sacerdos depꝛehẽdit se sanguinẽ nõ cõsecrasse/ ꝓ eo ꝙ defuit materia debita: vbi incipiet cõsecrationẽ dñici sanguinis? Rñdet sctũs Tho. ꝙ debet sacerdos aliã hostiam ponere ꝛ ipã simul cũ sanguine cõsecrare. Sed nõ apparet hoc fore necessariũ ẜm Sco. q2 sunt distincte forme cõsecrationis corporis ꝛ sanguinis seorsum ꝛ diuisiꝫ efficaces. In vltimo eñi instanti ꝓlationis verboꝝ super panem incipit esse corpus Christi: ꝛ nõ dependet efficacia huius forme ex forma cõsecrationis sanguinis: nec econuerso. Melius igitur (ve videtur) dicit̃/ꝙ caute suppleat̃ qđ omissum est ẜm ꝑdicta. Et quo ad hoc cõcordat Hostieñ. dicens. Si timet scandalũ sacerdos in ꝓgatiõe misse sufficit dicere tm̄ verba cõsecrationis sanguinis. Si dicis/in cõsecratione calicis de nouo orit̃ scandalũ populi: ideo videtur ꝙ sit omittẽda. Responsio. Scandalũ illud contemnẽdũ est: q2 est scandalũ pharisceoꝝ acceptũ ꝛ nõ datũ: nam factũ illud bonũ est in se: ꝛ necessarium sacerdoti ad euitationẽ mortalis peccati: ꝛ quilibet debet iudicare hoc bonũ si causam nesciat/supponẽdo sacerdotem hoc sine rõnabili causa nõ facere: quã causam q̃squis eã sciret/deberet vtiqꝫ approbare. Hoc aũt scandalũ dñs contemnere docuit Mat. 15. dũ dñs dixerat: Audite ꝛ intelligite/ nõ qđ intrat in os coinquinat hoiem. Et discipuli rñdentes dño aiebant. Scis q2 pharisei audito hoc verbo scandalizati sunt? Rñdit. Sinite eos: ceci sunt ꝛ duces cecoꝝ. Ois plantatio. ꝛc. Videt̃ tñ nihilominꝰ ꝙ cauere posset celebrãs ne scandalũ accipiat̃: si caute ꝓcedat. Nã vadẽs q̃si ꝓ vino ablutionis post cõionem percipiendo/infuso vino in calicẽ ad aquã adhuc in calice manẽtẽ. Vel si tota ꝑus exhausta fuerat/aqua de nouo admixta/poterit redire in mediũ altaris ꝛ stans in breui tꝑe ab illo loco (Simili mõ postq̃ cenatuꝫ ꝛc.) incipiendo cõtinuare poterit vsqꝫ Quotiescũqꝫ: vel vsqꝫ ibi: Unde ꝛ mẽmores. Et illis verbis ꝓlatis cũ debita reuerentia percipere iã veꝝ sanguinẽ Christi. Nec illud ở facili ꝑcipiet̃: q2 fieri potest in valde breui tꝑe. Hec est intẽtio Scoti di. 8. 4. q. 3. Sed adhuc di. quis. Videtur ꝙ ieiuniũ nature regulariter nõ req̃rat̃: nã aplꝰs. 1. Coꝝ. 11. disponẽs de sumptione huius sacri: corripiẽs Corithios ꝓ eo ꝙ cenas suas in ecclia mãducaturi cõferebãt/subiũxit in fine ca. Si qs esurit domi mãducet. Quibꝫ verbis innuere videtur ꝙ anteq̃ ad ecclesiã cõuenirent deberẽt domi famẽ extinguere: ne imoderate in ecclia de sp̃eb̃ sumerent. Rñdetur ẜm bem̄ Aug. Aplꝰs reꝑhendit illos qui pransi eucharistiã sumpserunt. Et ideo illud verbũ: Si quis esurit/domi mãducet: nõ debet intelligi domi ante q̃ veniat ad ecclesiam: sꝫ post recessum ab ecclia: ita ꝙ nõ satisfaciat fame sue de eucharistia: sed expectans qđ sibi necessarium fuerit in domo sua percipiat. Et ideo laudabilis est ecclesie latine cõsuetudo: que eucharistiã dispensat in modica quantitate: q̃ nõ possit suscipi ad crapulam: ꝛ sufficit valde ad reuerentiã debitam sacramenti: vnde glo. super illo. Si quis esurit/domi mãducet suos cibos ꝛ terreno pane pascatur: ne post eucharistiam sumat. hec glosa. ℭ F Secundum impedimentũ amouendũ est imundicia corporalis: vbi in primis considerandum/ꝙ nulla corporalis imundicia de ꝑ se impeditiua est celebrationis aut sacre cõionis. Hanc cõsiderationẽ deducit sctũs Bonauen. in 4. sen. dist. 12. q. 3. Et patet satis ex verbis Christi si perpendatur benedicendi ratio. Mat. 15. Nõ lotis manibꝫ mãducare non coinq̃nat hoiem: q2 nulla passio talis aut exterior imundicia de ꝑ se peccatũ ẽ aut de necessitate cõiuncta pctõ. vñ glo. marginalis. Mat. 15. nunc allegata. Nihil est extra hoiem qđ interius inq̃net. ꝛ glo. interli. Aug. Non timeo imundiciã obsonij/sed cupiditatis. Obsonium cibus est delicatꝰ qui post cenã sumit̃. Notanter dictũ est de per se: q2 de ꝑ accidẽs rõne alicuius cõcomitãtie vel sequele in oĩa impedire potest. Pro cuius declaratione aduertẽdũ ẜm Jo. gerẜ. cãcel. de materia celebrationis consi. 7. ꝙ q̃dã est imũdicia corꝑalis cõiuncta imundicie spirituali ẜꝫ veritatẽ: aut ẜm quãdã similitudinẽ vel cõformitatẽ: vt actꝰ fornicationis in vigilia perpetratus quo ad ꝑmũ: ꝛ imũdicia in somnis sordidis: q̃ ad secũdũ. Alia est imũdicia corporalis que visa vel cogitata horrorẽ ꝛ abominationem quandã generat: q̃uis nulla sciat̃ iesse peti titas vel effigies: quales sunt lepra mẽstrua ꝛ inaturalis fluxus seminis/ꝛ alie infirmitates corꝑales. ℭ De vltimis ergo dicẽdũ est ꝙ nec a celebratiõe nec a cõione impediũt. Nam afflicto nec punito non est afflictio addẽda: immo potius eius miserie miserandũ: vt in ca. ex parte de clerico egrotãte: ꝙ ꝯo codẽ ti. c. tua nos/ꝑcipit̃ ꝙ sacerdos diuino iudicio lepre morbo ꝑcussus remoueat̃ ab administrationis officio: nõ ꝑ hoc interdicit̃ leproso facultas celebrãdi oino: sed tm̄ populo parrochiali ꝓpter scãdalũ ꝛ abominationẽ populi: vt patet ex verbis decretalis. Erat eñi is de q̃ loq̃t̃ prelatus ecclesie parrochialis: vñ priuatim nisi nimia esset debilitas aut deformitas poterit celebrare: vt dicit Alex. de ales parte. 4. q. 47. mẽbro vlti. Et post eũ btũs Tho. in. 4. dist. 9. q. 4. ar. vl. Verum ẜm Hugonẽ cũ remoueat̃ a cõmuni cohabitatione: multo fortius a sacris ordinibꝫ ꝑcipiendis. Si tñ sit p̃sbyter leprosus/cessabit a ministerio quo ad sanos: sed leprosis cantare et ministrare poterit diuina. ℭ G De menstruatis

Obsonium qd.

Menstruati ob/[illegible] abstinere debent a celebratione
Seminiflui

z feminifluis φ nō habēt necesse abstinere : patet per btm̄ Gregoriū anglo℞ episcopū in quadam epistola scribentē: z habeť dist. 5. Ad eius. Mulier dū fm̄ cōsuetudinē mēstrua patiť / pbiberi ac clesiā intrare non debet: q2 ea nature superfluitas in culpā reputari nō debet. Silr̄ nec debet pbiberi a cōione sacramēti: vñ ibidē sequiť: Sancte cōionis mysteriū in eisdē diebus pcipere pbiberi non debet. Si aūt ex veneratiōe magna pcipere non psumpserit / laudāda est: sed si susceperit / nō est iudicāda. Bonarū quippe mētiū est ibi culpas suas agnoscere vbi culpa non est: q2 sepe sine culpa agiť / qđ venit ex culpa. Vñ etiā cū esurimus sine culpa comedimus / qbus ex culpa pmi homis factū est vt esuriamus. Hec Grego. ¶ Idē pōt dici (ait Alexā. de ales) de viro feminifluo: eadē etiam rōne de muliere tēpore purgatiōis post partū. Ut. dis. 5. Cū enim. Et de purgatiōe post partū ca. vnico. Pariformiter de ceteris corporalibus imūdicijs secūdi generis: de qbus tn̄ beat⁹ Tho. hāc facit distinctionē. Quia aut est perpetua / vel diuturna / vel temporalis z cito purgabilis. Si primū / nō est ꝑpter hoc abstinēdū: ne propter imūdiciā corporis perdať fructus mētis. sicut accidit in leprosis vel patiētib9 fluxū sanguinis vel seminis. Si secūdū: tūc si aliquis fuerit in mente bene dispositus / sumere nō pbibeť: q̄uis etiā possit ad tēpus laudabiliter abstinere ꝑpter reuerētiā tāti sacramēti. Hec Tho. ¶ De imūdicijs aūt primi generis que etiā distincte sunt / q̄rū alique cōiuncte sunt fm̄ veritatē imūdicie spirituali / que est peccatū mortale. Iste q̄dem nihil dubij habēt q̄n impediāt: vt actus fornicatiōis / adulterij et cuiuslibet alteri⁹ incōtinentie turpioris: q̄m z cōiugib9 accessuris indicitur cōtinentia triduana. Vñ de cōsc. dis. 2. Omnis homo. dicitur: Omnis homo ante sacrā communionē abstinere debet diebus tribus aut quattuor aut septē. De quo infra diciť. ¶ Alie s̄o que cōiunguntur peccatis fm̄ quandā similitudinē: vt resolutio seminis in somno: que nō est pctm̄ sed similitudo pcti. De ista pollutione z imundicia varie senserunt doctores (nā Alexand. de ales: quē sequiť Albertus / sctūs Bonauē. Petr⁹ de palude) tenet φ q̄ habuit pollutionē nocturnā: etiā si causam culpabilē nō habeat: nihilominus abstinere debet a celebratione / nisi in casu necessitatis aut vitationis scandali: debet inq̄ de cōsilio / non de preceptorita φ mortaliter peccet si celebret. Causam assignat Alexāder de ales: q2 in hoc actu q̄si oīno ordo virtū peruertiť: vnde fm̄ Aug. In hoc opere anima fit tota caro: z sicut gustato spiritu desipit omnis caro: sic ecōtra z amplius gustata carne desipit spiritus: z fit carnalis. Generat etiā frequenter in aīa hebetudinē quandam discrasiam z deordinationē: ideo abstinendū est donec fuerit reordinata natura: quod fit regulariter spacio viginti quattuor hora℞: vnde ad tantū tēpus abstinere debet post pollutionē. Unde

si dormitiōe meridiana cōtingat pollutio debet in crastino abstinere a celebratione misse / nisi forte ad nonā celebrareť: vt in tēpore ieiunij quādo explete sunt viginti quattuor hore. Hec alexāder paucis interpositis. ¶ Ricardus de media villa libro. 4. distinctiōe. 9. q. 2. arti. 3. finaliter hanc materiā resoluit. Si pollutio in somno pueniat ex causa que e.t peccatū mortale / impedit de necessitate. Si ex veniale pcedente / infirmitate / vel superfluitate / tūc nō impedit. Addit etiā φ periculū vomitus impedit. ¶ Beat⁹ Tho. dis. 9. 4. q. 3. latius prosequiť / z multipliciter distinguit / pmittens φ ad dignā cōmunionē requiruntur tria. Mūdicia cōscientie: erectio mentis ad deū: mūdicia corporalis. Mūdicia cōscientie non tolliť nisi per pctm̄ mortale. De quo supra dictum est. Erectio mentis ad deū / p actualē scz deuotionē per mentis hebetudinē vel occupationē / aut euagationē: interdū etiā sine pctō amittiť. Corporalis mūdicia / p corporis inquinationē tolliť. Primo z pncipaliter pctm̄ impedit. Scdo indeuotio siue mentis hebetudo. Tertio corpalis imūdicia. Propter qđ celebraturi aut tractaturi aliqđ sacrm̄ ob reuerentiā manus lauāt. Et quādo q̄ hec tria cōcurrunt in vna pollutiōe / q̄nq̄ duo / q̄nq̄ vnum: z fm̄ hoc magis vel minus impedit. ¶ Scdo distinguit de pollutiōe in ordine ad causam z modū. Causa est triplex: Extrinseca spūalis: intrinseca spūalis: intrinseca corpalis. Extrinseca spūalis est demon illudēs dormiēti excitās fantasmata. Intrinseca spūalis / dū fantasmata apparent dormiēti ex reliquijs pcedentiū cogitationū. Intrinseca corpalis: z hec aut aliquando fuit volūtati subiecta: vt q̄n puenit ex superfluitate cibi z potus pcedentiū. Q̄nq̄ nō fuit voluntati subiecta: vt dū accidit ex debilitate virtutis retentiue seminis. Vel ex virtute nature superflua expellēte: siue q̄cunq̄ alia infirmitate. ¶ Mod⁹ triplex scz pmo cū imaginatione turpi z consensu volūtatis: scdo cū imaginatiōe turpi z sine ꝯsensu volūtatis: tertio sine imaginatione turpi. In oībus his pollutionib9 corpalis imūdicia est cōmunis: sed mētis hebetatio nō est nisi in illis in qbus pollutiōes cum imaginatiōe accidunt. In alijs eñ somnialib9 resolutionib9 q̄ sine imaginatiōe accidunt aīa nihil pticipare videť. ¶ I Ex his sumať determinatio hui⁹ docto. in q̄ttuor positionibus. Prima si illusio nocturna accidit ex mortali pcedēti: puta ex cōsensu volūtatis certo vel pbabiliter dubitato oīno abstinēdum est. ¶ Scda ꝑositio: Si somnialis resolutio seminis ex diabolica illusione accidit / cuius in nobis causa p turpē imaginationē vel delectationē non pcessit (qđ ex eo cōsiderari pōt / si frequenter accidat: z pcipue in dictis quib9 cōicandū est) non est a cōicatione aut celebratiōe abstinendū: quia signū est φ diabolus fructū eucharistie pcipiende auferre conať. Sic legiť cōsultū cuidā monacho in vitaspatrum. ¶ Tertia ꝑositio: Si pollutio

*Ad dignā cōionē tria requiruntur*

*Causa pollutionis est triplex.*

bmôi ex nature infirmitate vel alˀs non p̄cedente
pctō accidat: z sine imaginatiōe turpi/non impe-
dit: si necessitas immineat aut deuotio exposcat: si
tñ ꝓpter reuerentiā abstineat dū infirmitas non
fuerit ꝑpetua/laudādus est. ℭ Quarta ꝓpositio
Patiens pollutionē sine mortali p̄cedēti siue cū
veniali siue sine pctō: p̄cedenti tñ imaginatione
turpi: licet nō peccet mortaliter extra casū neces-
sitatis celebrādo vel cōicando: minˀ tñ reuerenter
ter accedit peccat venialiter. Et qm̄ difficile est
discernere oia p̄dicta circa pollutionez in somno
accidentē: ideo ꝯsulit tanq̄ tutius abstinere: dū
necessitas celebrandi aut cōicandi nō immineat.
Abstinere aūt viginti quatuor horis: vt s̄ dictū ē.
Hec videt̄ esse snia bti Tho. ꝑ ipm diffusius de-
clarata. Uerū qꝛ in p̄missis vident̄ q̄dā dubia et
quedā obscura: ideo clarius de hoc impedimēto
disserit clarissimˀ doctor Joh. ger. cācel. in duo-
bus libellis de hac materia ad timoratarꝫ ꝯsciē-
tiarꝫ cōsolationē editis: cuiˀ determinatio magis
placet. ℭ R Pro q̄ aduertēdū in p̄mis q̄ nulla
pollutio in somnis inchoata z ꝑfecta a celebrati-
one impedit: qꝛ pctm̄ in se: vel qꝛ cōtaminet cor-
pus Christi. Sed si impedit/impedit: qꝛ tollit de-
bitā reuerentiā. Primū pꝫ: qꝛ nulla talis ē pec-
catū/ex famosa illa regula Aug. Pctm̄ est adeo
volūtariū/ q̄ si nō esset volūtariū/ nō esset pctm̄.
In somno aūt deficit libertas volūtatis: qꝛ ꝑfe-
ctus rōnis vsus: ḡ nihil in somno est volūtariū.
Minorē satis ostēdit btūs Tho. vbi s̄. Rursus
ista est expressa determinatio bti Aug (. 12. super
Gen. ad l̄ram) Ipa fantasia q̄ fit in cogitatiōe ser
mocinātis/ cū expssa fuerit in visione somniātis
vt inter illā z vera cōiunctionē corporꝫ nō discer
nat̄/cōtinue mouet̄ caro. Et sequit̄: qd eū motū
seq̄ solet cū h' rā sine pctō fiat/ q̄ sine pctō a vigi-
lantibꝫ dicit̄. Itē idē. 1. de ciui. dei. c. 25. Si illa
cōcupiscētialis inobediētia q̄ adhuc in membris
moribundis habitat: p̄ter nostre volūtatis legē
q̄si lege sua mouet̄: quāto magis absq̄ culpa est
in corꝑe nō cōsentiētis: si absq̄ culpa est in corꝑe
dormiētis: loquit̄ de oppssione non cōsentientis.
Itē actus exterior nullū pctm̄ est nisi denomina
tione extrinseca: nō plus q̄ vrina q̄ dr̄ sana: qꝛ si-
gnificat sanitatē. Ideo si in aio nō sit pctm̄ ꝓprie
dictū/ dū libertate nō vtitur/ nullus ꝓ tūc actus
exterior tanq̄ vitiosus culpat̄: nō vtit̄ aūt liber-
tate in somno: qꝛ nec vsu rōnis. Requirit em̄ rō-
nis vsus oꝑationes virtutū z potentiarꝫ sensiti-
uarꝫ ꝑ statu isto/ q̄ in somno sunt ligate. Qm̄ z si
intellectˀ nr̄ nō sit potētia organica: z ita non vta
tur sensu tanq̄ organo: vtit̄ tñ eo tanq̄ potentia
p̄uia: sine cuiˀ oꝑatione nō vadit in actū: vt patꝫ
3. de aia. Dicētes oppositū cōtradicūt non solum
theologice/sed philosophice determinatiōi. Nec
bñ qd rn̄deant/si fiat eis argumentū de infanti
bus z furiosis/ ac aliis nō vtentibꝫ rōne: quos ꝓ
tūc nō peccare noua trāsgressione cōcors ē oium
snia. Pōt tñ hmōi pollutio esse pcti effectˀ/aliq̄n
pcti mortalis/aliq̄n venialis. ℭ Dictū est aūt no
tāter: pollutio in somnis inchoata / z perfecta in
somno: qm̄ posset aliq̄s vigilans impurꝫ habere
desideriū se polluēdi: q̄ vigente caderet i somnū/
in q̄ sui pollutio ꝑficeret̄: posset silr̄ pollutionē in
somnis ceptā expergiscens male cōsumare. Con
stat in his casibus radicē pollutionis esse liberaꝫ
z flagitiosam/ propter quā illud opus obscenum
imputabil̄ ad culpā. Si v̄o vtrobiq̄ in p̄ncipio
z fine fuerit rōnis carentia: z ꝑ hoc cōsensus vo-
luntatis/ liber etiam erit talis actˀ a culpa mor-
tali: etiā si nullo accedente cōsensu vigilando cō-
pleretur: palā est ratio: qꝛ libertate carebat. Se-
tentia hec est etiā beati Thome. Poterit tamen
aliquis peccare postmodū cōplacendo sibi in ta-
li voluptate probrosa quā habuit: sed ꝓpter hoc
prior pollutionis actˀ non redderet̄ culpabiliter
vitiosus: sed sequens illa cōplacentia a volunta
te libere elicita: q̄uis si ipa seminis resolutio fa-
cta placeret: nō quia voluptas/sed qꝛ nature exo
nerationē vel sanitatē afferret/ absq̄ sui qui pati
tur ꝓcuratione vel assensu s̄m beatū Tho. pecca
tum nō haberet. ℭ L Secundū etiā scꝫ q̄ pol-
lutio nō impedit propter timorē cōtaminatiōis
corporis Christi: manifestū est. Nihil em̄ attinet
ad corpus Christi in sacramēto corꝑalis imundi-
cia sumentis vel cōtrectantis: sicut nec ad radiū
solarē aut sp̄ualium substantiarꝫ aliquā: quoniā
z si in sacramēto sit verꝫ corpus Christi: nō tamē
est ibi s̄m cōditiones corꝑis naturaliū causarum
actionibꝫ attingibilis: sed modo quodā spiritua
li/quo rōnalis sp̄us est in corꝑe materiali. De q̄ i
fra dicit̄. Manifesta sunt hec etiā parꝫ instructis
ℭ Tertiū ostendit̄ scꝫ/ q̄ dum impedit ꝑpessa re
solutio: impedit/ qꝛ tollit debitā reuerentiā. Re-
quirit em̄ digna huius sacramēti susceptio deuo
tum discretionis iudiciū/s̄m aplm. 1. Cor. 11. q̄
nō dīudicantē corpˀ dñi indignū decernit. Exi-
git itaq̄ reuerētia debita animū clarū nō hebetē
recollectū nō per vagas maxime lubricas cogita
tiones: aliorsum notabiliter distractū/serenum/
constantē z quietū: nō dubiū/scrupulis fluctuā-
tem. Nunc aūt somnialis pollutio etiā que nul-
lo accedente cōsensu accidit: nōnunq̄ reddit ani
mū scrupulosum/inquietū/ deiectū/ hebetē z dis-
tractū ita vt nequeat cogitatiōes turpes aut lu-
bricas sufficienter repellere: z ita ad predictā dis
positionē attingere.. Unde sicut cogitatiōes vo-
luntarie z lubrice disponunt maxime ad hmōi fe
das cōmotiones: ita viceuersa ex hmōi cōmotio
ne et carnis stimulatione ꝓueniunt sepe somnia
de nocte: z cogitationes lubrice in vigilia de die:
quēadmodū iratus aliter z aliter cogitat q̄ mi-
tigatˀ/ z timēs q̄ securus. Remanet etiā i hmōi
(licet inuolūtariˀ patiat̄) aliq̄ carnalis degusta
tio: vnde mens hebetat̄ z distrahit̄ etiam nolēs:
que tamē debitā reuerentiā tollunt. Debitā dico
nō debito precepti/ cuius trāsgressio inducit pec-
catum mortale: sed debito congruitatis z consi-

tutinas z in alijs horis tēpus preuenire: sicut hoc
etiā quandoqz in solēnibus ecclesijs fieri solet: sicut in
plerisqz ecclesijs in pfesto corporis Christi in sero ma
tutina dicunt in fauorē populi: vt sic copiosius ad
officiū diuinū indulgentijs petitorū allectus con
currat. Sic in capella pape tenebrose matutine
hebdomade sancte precedenti sero canunt: vt sine
noctis periculo cardinales z prelati interesse pos
sint. Et hoc quidē licet secundum sctm Thomā qz meli
us est deo vtrūqz reddere scz z debitas laudes et
alia honesta officia q̃ pro vnū aliud īpedire. Sec
tamē si hoc fieret vt indulgeret somno aut voca
ret ocio / nō esset excusatio huiusmodi preuentiōis a pec
cato: Si vero propter honestas occupationes legi
nō possunt debitis horis proprijs: melius est preue
nire q̃ tardare. Preuenire enim secundum hugonē est pro
uidentie: tardare vero negligentie. Et siue preue
niant siue tardius dicant dūmodo non transeat
dies: qui quantū ad hoc videtur teneri: non arcta

Vespera
Completorium
nonae canon[...] quando di[...] sit et dber[...]

mediā noctem ante horaꝝ solutionē nō de se peccatur mortaliter: qꝛ preceptū de horis dicendis nō refertur ad tempus horaꝝ eiusdem diei ſ̃ ad totam diē: vt vult dñs Anthoninus vbi supra. ❡ F Et licet ex causis p̄dictis hore canonice legi possent extra horas determinatas: intellectus tamen verboꝝ referri debet ad horas debitas ab ecclia primo determinatas: vt si quis legat (Jam lucis orto sydere) ante solis ortū / aduerbiū (iam) nō importare debet tempus illud quo legit: sed referri ad horam solis ortui determinatā / neqꝫ ex hoc quis mendaciū incurrit. Quis enim diceret hunc mētiri qui in noctis medio legeret / q̄ hora dici consueuerunt legi: puta dicendo (hora nona dñs expirauit) q̄uis si diceret. Nunc est hora nona / falsum pferret. Nō ergo ad tēpus lectiōis sed ad horam z tempus in eo ꝙ legitur intentas vel designatas: sic ecclia canit annis singulis (hodie deus hō factus est zc̄.) qō tñ die quo canitur cōstat nō esse factū. Sed redeundo ad ꝓpositum Que hore p̄cedere debent misse officium. Respōdetur cōmuniter ſm oēs doctores / ad minus requiritur ꝙ celebrans matutinas dixerit: alioqn qui nōdū matutinis dictis celebrat / peccat mortaliter. Allegat ad hoc Guil. z Hostiē. z est ratio quia facit cōtra generalē z approbatā ecclesie cōsuetudinē dist. xi. In his rebus. vbi dicit: Sicut preuaricatores diuinarum legum ita contēptores ecclesiasticaꝝ ꝯsuetudinū cohercendi sūt. De primis vero dicitur ꝙ celebrās anteq̄ dicat primas / non peccat mortaliter / nisi esset contra preceptum aliquod speciale vel statutū. Credo tamen ꝙ cōgruit in talibus attendere morem ecclesie cathedralis vel collegij aut regularis cuius est pars vel subditus. Quidā tñ credentes missam esse precipuū memoriale dominice passiōis / que hora nona completa est / horas vsqꝫ ad nonā prius dicunt. Alij dictis matutinis primis z tercijs sistunt in sextis. Tūc siquidem Christus qui per sacerdotem in altaris sacramēto offertur ad altare crucis salutifere creditur processisse. Qui etiam modus in multis tam cathedralibus q̄ regularibus z collegiatis ecclesijs laudabiliter obseruatur: in quibus missa summa post tertiam et ante sextam / decantatur. Alij post sextam z ante nonam celebrant quoniā sexta hora Christus in cruce leuatus est: in quo doloribus acerrimis laborauit. In his ergo q̄ plus ad decētiam / reuerentiam z deuotionē pertinent q̄ preceptū / quilibet nō speciali obligatione constrictus suo sensu abundet: quod proprie deuotioni amplius seruire dinoscitur eligat. ❡ G Alie orationes que misse premittende sunt ad sacerdotis purificationem ac excitandum deuotionē que preparamenta dicuntur sunt quinqꝫ psalmi / scilicet: Quam dilecta tabernacula. Bñdixisti dñe. Inclina aurem. Credidi ꝓpter qd. z De profundis clamaui. Dicuntur aūt ex institutione pape Celestini ſm Guilhel. in rationali / maxime a pontificibus et episcopis: z ex quadam deuotione z decentia ac reuerentia a simplicibus etiā sacerdotibus. Et rationabiliter dicunt quinqꝫ / ſm Innocentiū in de officio misse: vt quicquid imundū z facinorosum quinqꝫ sensuū transgressione cōmissum est / quinqꝫ psalmoꝝ oratione detergatur. Dicuntur aūt specialiter predicti quinqꝫ psalmi plus q̄ alij quinqꝫ ſm eundem: quia quedā in illis continentur que directe conueniunt celebraturis / altaris mysteriū z eucharistie sacramentū: vt patet in p̄s discurrenti. Preces vero z collecte que adijciuntur manifeste pertinēt ad ipetrandū cordis mundiciā z munimē: sic psalmi z orationes que ad lotionē manuū / z ad induitionē sacrarum vestium dicuntur simul z psal. Judica me deus z discerne. q̄ ad progressum ad altare legitur ad idem ptinent. De cōfessione aūt publica que fit ante officij inchoationem / ipso quoqꝫ officio quantū ad ea que canonem precedunt / que longiorem tractatum requirūt hic rescindo: ne ad principalis intenti materiā expositionem videlicet canonis tardius veniamus. ❡ H Restat aūt adhuc aliqua p̄mittere de circūstantijs temporis assistentium atqꝫ loci: z primo de consecrationis loco. Possunt autem distingui triplicia consecrationis loca / remota / propinqua / propria. Remota sunt ecclesie z dei templa. Propinqua sunt altaria. Propria calix z patena. ❡ Ubi notandū ꝙ nō in omni loco fieri debet consecratio / sed in certo ad hoc officiū specialiter deputato: sicut nec vete. testa. oblationibus quilibet locus fuerat cōmunis: sed certus ad hoc a dño designatus. vñ Deuto. 12. precipitur / ꝙ in certo loco quem elegerit dñs deus offerant. Unde dicitur ibi: Caue offeras holocausta in omni loco quem videris: sed in eo quē elegerit dñs in vna tribuū tuaꝝ offeras hostias. vnde de consc. dist. i. c. i. dicitur. Si iudei. Qui vmbre deseruierunt / loca in quibus sacrificabant habebant consecrata: non in alijs q̄ deo dicatis locis munera deo offerebant multo magis nos quibus veritas patefacta: et gratia per Jesum Christum data est templa domino edificare / prout melius possumus ornare eaqꝫ diuinis precibus z sanctis vnctiōibus suis cū altaribus z vasis: vestibus quoqꝫ z reliquis ad diuinū cultū explendum vtensilibus deuote z solenniter sacrare. Et nō in alijs q̄ dño sacratis ab epis templis celebrare / nec sacrificia dño offerre debemus. Item eadem dist. c. Nullus presbyter dicit Siluester papa: Nullus p̄sbyter missas celebrare p̄sumat / nisi in consecratis ab epo locis q̄ sui participes de cetero voluerit esse sacerdotij. Et eadem dist. c. Sicut. dicitur. Sicut non alij q̄ sacrati deo sacerdotes debēt missas celebrare / nec sacrificia sup altare offerre: sic nō in alijs q̄ in sacratis dño locis / id est tabernaculis diuinis p̄cibus ab epis delibutis missas cantare z sacrificia offerre licet / nisi sūma coegerit necessitas. Sanius est ergo missam nō cantare vel audire / q̄ in

bis locis vbi fieri nō oportet/nisi sūma ꝑ necessitate cōtingat: qm̄ necessitas legē nō habz. ¶ Si queraṫ que sit tanta necessitas. Respondeṫ ꝙ illa determinaṫ/de cōse. dis. I. Cōcedimus. vbi dicitṫ ex cōcilio Triburień. Cōcedimꝰ vt siccubi qd peccatis nostris exigentib ꝑpluriumū factū est a normānis z sclauis/ab vngaris z malis christianis si aliquo qualicūqz mō ecclie fuerint incēse et cōbuste/in capellis cū tabula sacrata missas iterum celebrari/donec ecclie ipe restaurari queāt. Glo. sup verbo. Capellis. i. oratorijs nō cōsecratis/alś si cōsecrate/nō esset opus ꝑmissione. Uel forte capelle nō erant ecclie cū antiquitus dicerētur capelle tuguria capraꝝ pellibus tecta: vl' hec referas ad solennitates maximas. Seqtur: In itinere ꝓpositis si ecclia defuerit sub diuo seu i tentorijs: si tabula altaris cōsecrata/ceteraqz sacra mysteria ad illud officiū ꝑtinentia ibi affuerint/missarum solennia celebrare concedimus. ¶ I Et nota ꝙ ibi dicit/cōcedimꝰ: vbi ſm Alexan. de ales notaṫ fauor generalis celebrādi missam tali necessitate ingruēte. Nō aūt existente tali necessitate nō licet nisi concedente epo loci. De voluntate eī̄ z cōcessione epi loci sine tali necessitate licet celebrare missam in loco nō consecrato. Ut de cōse. dist. I. Missaꝝ. vbi dicitur: Missaꝝ solēnia non vbicūqz/sed in locis ab epis cōsecratis vel vbi ipse permiserit celebrāda esse censemꝰ Similiter habetur in ca. Sic ergo. eadem dist. Debent ergo canones in quibus dicitur/ꝙ nō lz celebrare nisi in locis consecratis intelligi/nisi necessitate vrgente vel episcopo loci ꝯcedente. Hec Alexan. Uerūtamen ſm Guilhel. Non licet celebrare in mari vel fluminibus/vbi probabiliter timeṫ ne mutāte naui sanguis dominicus effundaṫ aut sacramentū inordinate cōmoueaṫ. Introitus tñ misse z cetera que consecrationē nō respiciunt legi possunt. Itinerātes ergo in mari vl' in terra vbi p̄dicta haberi nō possunt ab auditione misse in die dominico ac ceteris festis excusantur. Nec in casu ſm Sco. in. 4. dist. 13. q. 2. ligantur p̄cepto obligante ad misse auditionē i sabbato: quoniā occurrentib duob p̄ceptis incōpossibilibus maius p̄ceptū absoluit ab obſuātia minoris in tali casu. Est aūt rōnabile locū celebrationis cōsecratū esse ꝑpter sacrosctī corpis Christi p̄sentiā: qd ibi conficitur qd est sanctūsanctorū/Christus. s. oia sanctificans: ideo oia ad illud sacrificiū ꝑtinentia ꝯsecrata esse debēt. Sacerdos ministri/altare calix/pāni. zc̄. vt dicit Tho. in. 4 dist. Etiā ꝑpter angeloꝝ p̄sentiā/q ſm btm̄ Gregoriū in dialo. li. 4. assistūt illi sacrificio. Itē propter oronum nostraꝝ celeriorē exaudinonē: propter deuotionis excitationē: impedimentoꝝ diabolice tētationis exclusionē ceterosqz effectus bonos ecclie cōsecrationē cōsequētes. Et noie ecclesie hic intelligēde sunt etiā capelle consecrate. In his eī̄ celebrari potest sine speciali fauore episcopi ipsius loci/eo ipso ꝙ est consecrata: vt in. c. Si quis. de conse. distin. I. z clarius in glo. super illo verbo: Celebrare concedimus. eadem dist. c. Cōcedimus. ¶ Debet etiam locus consecratus nō esse interdictus neqz a iure neqz a iudice: A iure quidem/si est pollutus sanguine vel semine. De consecra. ecclesie. ca. vltimo. Et de adulteris. ca. Significate. A iudice aūt per interdicti sententiam ꝯtra locū lataꝫ. nā in talibus celebrandū non est: vt infra dicitur. ¶ R Locus magis ꝓpinquus est altare consecratū z lapideū: integrū nō enormiter fractū. De primo est statutū in concilio Agarbeneń. ꝙ altaria nō solū vnctiōe chrismatis/sed etiam sacerdotali benedictione sacrentur: vt in ca. Altaria placuit. de consecra. distin. I. Et hoc eisdem congruitatibus quibus cōgruit ecclesiam fore consecratā. Scdm̄ scilicet ꝙ debet esse lapideum/patet ex primo: quia alioquin vngi non debet: vt in cap. Altaria si non. vbi statuitur ex concilio Iponeń. ꝙ altaria si nō fuerint lapidea/chrismatis vnctione non consecrentur. Est autem rationabile ꝙ altaria sint lapidea: ſz Alexandrum de ales parte. 4. q. 36. membro. I. propter lapidis cōmunitatem/fortitudinem/siue durabilitatem: z propter significationem: nā propter cōmunitatem est facilis ad habendum: z propter durabilitatem habet aptitudinem vt cōsecretur. Non enim conueniret quod aliquid vnctione sacra consecraretur/nisi esset solidum z durabile. Propter significationē: nam petra Christum significat z Christi fidem. vnde. I. Coꝛ. 10. Petra aūt erat Christus. z Math. 16. Super hanc petram: id est fidei confessionem/edificabo ecclesiam meā. Nam vt Christus fundamentuz est ecclesie ita z fidei christi. Utrunqz enim dicit aplus primū. I. Coꝛ. 3. Fundamentū aliud nemo potest ponere preter id qd positū est/quod est Christus Iesus. Secūdū Heb. II. Fides est substantia reꝝ sperandaꝝ. Nunc aūt in altari Christus offertur: z fides necessaria est z quantum ad susceptionem: ꝙ vero in vete. test. de diuersis materijs fiebant altaria/scz de lignis sethim. Exodi 27: Item de auro. 3. Reg. 7. Salomon fecit altare aureū. Item de terra. Exodi. 20. Alia est ratio: quoniā in veteri testa. vnū tantū fuit altare holocausti: z hoc in deserto mobile erat cum tabernaculo: ideo congruebat vt esset ligneum. In templo vero hierusalem immobile/sed vnicum: ideo potuit fieri de auro: qd fieri nō posset si multiplicandum fuisset: ſm ꝙ in lege euangelica multiplicatur ꝑpter materie raritatem z preciositatē vñ nec ligno nec terre nec auro cōueniunt conditiones altaris que dicte sunt: saltem cuilibet simul scilicet cōitas/soliditas/z significatio. Nec oportet figurā in omnibus circunstantijs respondere figurato: nec est cōtra predicta/ꝙ in ecclesia Lateraneń. est altare ligneum: qd quidem altare ob apostoloꝝ principez (qd super hoc altare dicitur dominicū celebrasse sacramentū) z sanctoꝝ precedentiū martyꝝ reuerentiā reseruatur. Li



Occurrentibus duobus p̄ceptis incōpossibilibus maius p̄ceptum absoluit ab obseruantia minoris.

Hoc altaris ritū primus exhibuit



cet beatus Siluester papa decreto firmasset/ vt nullū deinceps altare esset nisi lapideū. hoc quoq3 altare idez beatus Siluester stabiliuit/ vt sup illud nullus nisi romanus pontifex audeat celebrare. Ab episcopatu aūt apostoloꝝ ꝑncipis vsq3 ad tempus beati Siluestri seuiēte ꝑsecutoꝝ rabie certa nō erat episcopalis statio: sed vbicunq3 necessitas cōpulit siue in criptis siue i domib⁹ religiosoꝝ siue aliis quibuscūq3 locis missam celebrabāt super altare ligneum in modū arche concauū: quod portabat a sacerdotibus vbicūq3 romanus episcopus latitabat: super qđ die cene et sabbato sequente a summo pontifice ministeriuz peragitur sacerdotale. Hec Alexā. ¶ L Tertiū scꝫ q debet esse integrū non enormiter fractū/ Patet de cōsecratione eccl'ie vel altaris. c. I. ꝛ ca. Ex in dubiis. q si altare motuz fuerit/ aut lapis ille solūmodo superpositus qui sigillū cōtinet cō fractus aut diminutus debet denuo consecrari. Motū. i. mutatū quo ad formā ita q formā amiserit per diminutionē vel augmentū/ dicit glosa. Tabula ꝯsecrata de loco ad locū mouet: nec tamē cōsecratur. c. Cōcedimus. de conse. di. I. Qđ verū est si nō est affixa structure inferiori: sicut altare portabile. Cōsecratio em̄ altaris ꝑcertim intelligitur esse in cōiunctione mense id est lapidis supioris ꝛ structure inferioris: ergo si mensa fuerit mota/ vel aliquis de lapidib⁹ inferiorib⁹ tangens ipsam execrat altare/ ꝛ est cōsecrandū. Hec glo. in ca. Si motū. de ꝯse. dis. I. Dicit tñ Pisanus q hoc intelligit de lapidib⁹ ꝑncipalib⁹. Similiter dicit q nō est recōsecrandū altare/ si tota mensa cum sibi adherentibus transferat. Quādocunq3 aūt sigillum quo sigillantur reliquie fractum vel diminutū fuerit: siue sit in tabula/ siue mensa/ siue in structura inferiori execratū est altare ꝛ reconsecrandū. Et dicitur notanter enormiter lesum: quia lesio modica nō execrat altare vt in ca. ligneis. de conse. ecclesie. Que aūt dicatur enormis lesio/ dicit glo. in cap. Si motū. de conse. dis. I. Si est enormiter fracta vltra scilicet medietatem. Alii dicunt vt Guil. quando per diminutionem nō tollitur forma/ nō censetur enormis: sm Hostieñ. aūt tunc est enormis: quando in angulis siue in cornibus in quibus ꝑcipue solet fieri altaris cōsecratio scꝫ in iunctio fit lesio talis: credo per quā tollit pars iuncta. Uel enormis destructio debet esse talis: que iducat deformitatem arbitrio episcopi iudicandā: sm Inno. Similit si fit additio per quā nō tollitur forma altaris nō est recōsecrandū: q2 sacrū trahit ad se nō sacrū: dicit glo. in allegato ca. Si motū. Etiā sine reliquiis altare consecrari non debet: vt in. c. Placuit. De consecra. dist. I. ¶ Dicitur etiā altare quasi alta ara rōne situs: quia eleuatū est super terrā. Item rōne sacrificii altissimi corporis scꝫ ꝛ sanguinis dñi. Uel dicit altare ab ardore: q2 in lege veteri holocausta cremabant in altari: ex qua lege traxit originē. Uerūtamen Noe primum altaris ritum exhibuisse creditur. Gen. 8. Edificauit Noe altare dño: deinde Abraaz vsuz altaris in oblationibus habuit: exhinc ritus legalis sacrificii in altaribus inoleuit. ¶ M Debet aūt altare ornatum esse duabus palliis ꝛ corporali consecratis de sindone munda non de serico aut intincto/ sed albo terreno lineo de cōse. di. I. Consulto. vbi dicitur. Consulto omniū statuimus/ vt sacrificiū altaris nō in serico panno aut intincto quisq3 celebrare missam presumat: sed in puro linteo ab episcopo cōsecrato: terreno scilicet lino procreato atq3 contexto: sicut corpus domini nostri Jesu Christi in munda sindone linea sepultum fuit. Rōnabiliter quidē duplici rōne scꝫ mundicie maioris/ ꝛ mysterii ꝑfundioris. Inter omnia eniz genera pannoꝝ: illa que sunt de lino puro ad candorē perspicuū perducta mūdissima sunt: ꝛ mundari melius possunt: ꝛ ꝑfundius significant que dño cōtingebāt: vt allegati canonis verba insinuant. Dicit em̄ in lino puro in quo notatur innocēna ꝛ puritas oimoda sine quacūq3 macula saluatoris. Purū est enim cui nihil alterius nature est permixtū. Sequit/ terreno: quo notatur corpus saluatoris passibile ꝛ mortale: ex corpore terreno virginis assumptū. Addit/ lino procreato atq3 cōtexto. i. panno lineo multiplici tonsione ad candorē perducto: quo notatur Xp̄s qui multiplici cruciatur ꝑssura peruenit ad gloriam. Representat deniq3 sindonez mundā: qua dominicū corpus sepulture traditum fuerat inuolutum. ¶ Debet etiam altare igne siue lumine celebrationis tempore esse fulgidum. De quo in capitulo vlti. de celebratione missaꝝ. Sacerdos sine igne celebrans punitur. Scribitur etiā Leui. 6. Ignis in altari meo semper ardebit. Ille ignis etiā sub aqua vixit septuaginta annis babylonice captiuitatis: vt habetur. 2. Mach. I. q extinctus fuit Antiocho vendente sacerdotium Jasoni: vt dicit Aug. ꝛ habetur. I. q. I. Sicut eunuchus. Significat aūt ignis siue lumen fidem populi/ que nō debet esse abscondita sub modio: sed manifesta posita super candelabrū: vt ingredientes ecclesie vnitatē videant opera ex fide relucentia ꝛ glorificent patrē qui in celis est. Et rationabiliter adhibet ignis luminosus/ vbi ille tractat qui venit ignē mittere in terrā quē vult vehementer accendi. Luce. 12. Quiq3 de se dicit. Ego suz lux mundi qui sequitur me nō ambulat in tenebris: sed habebit lumen vite. Jo. 8. ¶ N Locus ꝓprius cōsecrationis quo scilicet imediate sacramentales cōtinentur species sunt calix ꝛ patena ꝛ est corporale/ sed de illo iam dictū est. Calix ergo ꝛ patena quales esse debent determinatū est i concilio Remeñ. ꝛ habetur de conse. dist. I. Calix: vbi dicitur sic: Calix dñi cum patena si nō ex auro omnino/ ex argento fiat. Si quis aūt tam pauper est/ saltem vel stanneū calicē habeat: de ere aūt ꝛ auricalco nō fiat: quia ob vini virtutez eruginem facit/ pariterq3 vomitū prouocat. Nul

lus autem in ligneo aut vitreo Calice presumat missam cantare. Item eadem distin. ca. Vasa. legitur: q vasa in quibus sacrosancta conficiuntur mysteria sunt calices et patene. De quibus Bonifacius martyr et episcopus interrogatus. Si liceret in vasculis ligneis sacramenta conficere? Respondit: Quondam sacerdotes non aureis/ sed ligneis calicibus vtebantur. Seuerinus. 16. Romanus episcopus patenis vitreis missas celebrari constituit: deinde vrbanus decimus papa omnia ministeria sacra fecit argentea. In hoc enim sicut in reliquis cultibus magis et magis per incrementa tempoꝝ decus succreuit ecclesiarū. Nostris enim diebus qui serui patrisfamilias sumus: ne decus matris ecclesie minuatur: sed magis cumuletur et amplificetur: statuimus vt deinceps nullus sacerdos sacrum mysterium corporis et sanguinis dn̄i nostri Jesu Christi in ligneis vasculis vllo modo conficere presumat: ne vnde placari debet inde irascatur deus. Hec ibi. Hoc statutū factū fuit in concilio Triburiceñ. ¶ Si replicatur calix fm Hugo. significat sepulchrum: patena lapidem supraapositū/ quod quia fuit excisum de petra. Mar. 15. videtur. q calix esse deberet de petra. Rñdetur q nō conueniret celebrare in vase lapideo/ propter vasoꝝ lapideorum ineptitudinem: neqꝫ in ligneo ꝓpter porositatem et humoꝝ imbibitionem: neqꝫ in vitro vel cristallo propter fragilitatem/ ne sic dominicus sanguis effusiōis periculo exponatur. Nec oportet q signans et signatum in materia conueniāt: vñ et calix aureus et patena propter forme concauitatem et sacramentalem veri corporis et sanguinis Christi continentiā sepulchrū domini representāt. ¶ Si iterū obijcitur illud Ambro. lib. de officijs: et habetur. 12. q. 2. Aurū. Aurū sacramenta nō requirunt: neqꝫ auro placent que auro non emuntur. Ornatus sacroꝝ redemptio captiuoꝝ est: et vere illa sunt vasa preciosa que redimūt animas a morte: ille verus thesaurus est domini qui operatur quod sanguis eius operatus est. Ex quibus videtur q aurum non debet impendi in vasa sacri mysterij/ sed in alimoniā pauperū et redemptionem captiuoꝝ. Rñdetur q beatus Ambro. et canon ibi loquitur in casu quo res eccl'ie distrahende sunt/ scꝫ in extrema necessitate pro alimonia paupeꝝ et pro redemptiōe captiuoꝝ. Vñ dicitus ibi. Nonne dicturus est dn̄s. Cur passus es tot inopes mori fame? Et certe habebas aurum de quo ministrasses alimoniā. Cur tot captiui in ea priuitatem ducti nec redēpti ab hoste occisi sunt? Quid dices: Timui ne tēplo dei ornatus deesset rñdebis Aurū sacramenta nō querunt et c. vt s. Aliqui exponūt sic: Nō querunt ad sui efficatiā: nō em̄ minorē efficaciā habent si in alterius modi vasis cōficiantur. Vel nō querūt ad hoc vt inde magis placeant. Nō em̄ ex eo q in auro cōficiuntur magis placēt deo/ sed ex cōficiētiū sctitate et virtute. Hec Alex. Nūc de cōsecratiōis tēpe.

Lectio. XIIII. A

Sequitur nunc de tēpore siue hora diei qua missam celebrare cōgruit. Ubi pmittendū q duplex ē missa: quedā est missa cōuentualis siue popularis q tanqꝫ pncipale diei officiū in cōuētu totius populi seu parrochianoꝝ dicto singulis celebratur: que et parrochialis missa solēnis publica vel sūma qn̄qꝫ appellat. Alia est missa puata peculiaris vel votiua: q a sacerdotibꝰ ex speciali instituti one/ bñficio vel deuotiōe nō sic p toto populo celebratur. De pmis. c. Ut dn̄icis. de parrochijs De secūdis habetur in ca. Quid laicoꝝ. De cele. miss. Et de vtrisqꝫ loquit Aug. in ca. Et hoc. De conse. dist. 1. vbi dicit: Attendendū q misse peculiares que per dies solēnes a sacerdotibus fiunt nō ita in publico fiant/ vt pter eas popul' a publicis missarum solemnijs que hora tertia canonice fiunt abstrahatur: sed sacerdotes qui in circuitu vrbis aut in eadem vrbe sunt: et ppl's in vnum ad missaꝝ publicam celebrationem conueniant De missis igitur solēnibus dicitur/ q tribus horis institute sunt: scꝫ tertia hora diebus festiuis: Tertia in diebus profestis: nona in diebus ieiuniorum. De conse. distin. 1. ca. Nocte sancta natiuitatis. vbi dicitur: Reliquis vero tēporibus missarum celebrationem ante horaꝫ diei tertiam minime sunt celebrande: quia in eadem hora et dominus crucifixus est: et super apostolos spiritus sanctus legitur descendisse. Item in ca. Solent. eadem disti. innuitur q tempore ieiunioꝝ missa nona hora celebrari debet/ ratio assignatur a doctoribus: nam in missa recolitur mors Christi/ q hora tertia crucifixus est linguis iudeoꝝ: hora sexta manibus militum: hora nona expirauit. In ieiunijs vero quatuor tempoꝝ dū ordines celebrantur potest missa post nonam circa horam vesperinaꝫ cantari. In sabbato aūt sancto pasche circa noctis initiū: vt in ca. Solent. allegato. §. in ieiunijs. Incipit aūt noctis initiū in vespera q est extrema pars diei. i. vltima. Ultima āt pars diei incipit statim post horā nonā transacta meridie. Et hoc fm modū loquendi phoꝝ q dicunt q quelibet pars cōtinui minor medietate pertingens vsqꝫ ad vltimū eius punctū est dia vltima pars: fm hoc multas partes eiusdē cōtinui vltimas cōcedentes: quaꝝ tn̄ vltimaꝝ partiū semp vna est pars alterius: sic in ꝓposito. Pars diei designata post meridie id est post medietatem diei/ potest dici pars eius vltima/ q uis nō fm vsualē loquendi modū. Et p q̄to est vltima pars diei/ potest vocari sequentis noctis initiū: vtpꝫ in ꝓposito illa pars diei sabbati sancti/ cū nocte sequente ad diem sanctissimū pasche cōputat. Vñ dicit in orone. De q hāc sacratissimā noctē glia dn̄ice resurrectionis illustras. Similia dicuntur in bñdictione paschalis cerei. Hec nox est i qua de

fractis vinculis mortis/ Christus ab inferis victor ascendit. Et fm hoc posset intelligi. a. Sabbato. de cõse. dis. 3. vbi dicit. Traditio eccl'ie habet illo biduo sc3 parasceue z sancto sabbato pasche sacraméta penitus nõ celebrari. Loquit de sacramẽto eucharistie. Qd vero videt si pars diei post nonã ad noctẽ referat. De hoc vide. c. q a pñbo. 75. dis. z glo. ibidẽ multiplicẽ. ℭ B Sed videt q hi canones de sabbato sancto pasche/ et quattuor tempor quantũ ad horas diei abrogati sint per contrariã consuetudinẽ: qm neq3 in vrbe neq3 in capella pape presente summo põtifice officiũ differt vsq3 ad vesperas vel vsq3 ad initiũ noctis: sed vsq3 ad meridiem terminatur: licet seruentur quantũ ad horas canonicas psoluendas. Nam in sabbato scrõ pasche omnes hore minores leguntur ante officium misse z vespere includuntur misse officio z eadẽ oratione que cõplenda dicitur missa z vespere simul cõcludunt. Sic in ieiunijs professor none in multis ecclesijs leguntur statim post missam: tñ ante meridiẽ z prãdij horã In quadragesima vero none ante missaz legunt: z vespere statim post missam ante meridiem dicuntur: z hora refectionis vltra meridiẽ nõ differtur: Et si sic intelligunt hore hodie stat cõstitutio cõcilij Cabilonen. De conse. dist. I. Solent. vbi dr. Solent plures qui se ieiunare putãt in quadragesima/mox vt signũ audierint ad horam nonã comedere/qui nullatenus ieiunare credendi sunt si ante manducauerint q3 vespertinuz celebretur officiũ. Concurrendũ est eñi ad missas z auditis missar solennijs z vespertinis officijs: z largitis elemosinis ad cibũ accedendũ est. Si vero aliquis necessitate constrictus fuerit/ vt ad missaz venire nõ valeat estimata vespertina hora cõpleta oratione sua ieiuniũ soluat. Si aũt p horam nonã z vespertinã intelligũtur hore diei meridiem sc3 sequentes manifestũ est generalẽ eccl'ie consuetudinẽ in oppositũ laborare. ℭ C Misse vero priuate possunt celebrari a principio diei vsq3 ad horã misse publice inclusiue/siue hora tertia siue sexta siue nona celebret. Satis in hoc concordant doctores z simul ecclesie ritus. Vñ Leo papa ad discop Alexandrinũ epm: Necesse est in quit vt quedã populi pars sua deuotione priuet si vnius tñ misse more seruato sacrificiũ offerre nõ possunt nisi prima diei parte cõuenerint: vt habetur de cõse. dist. I. Necesse. vbi in rubro z nigro dicitur: Etiã prima parte diei missas celebrare licet. De nocte aũt exceptis noctib dñice natiuitatis z resurrectionis: de quibus habet in ca. de cõse. dist. I. Nocte. Et ca. solent: nõ licet celebrare/ qz hoc sacrm ad tẽpus gratie pertinet qd per diẽ designatur: iuxta illud Ro. 13. Nox precessit: dies aũt appropinqbit. z dicit Guil. Credo q qui scienter ante diem celebrat/cũ hoc sit cõtra generalez eccl'ie cõsuetudinẽ mortaliter peccet: nisi sit super hoc specialiter per epm vel superiorẽ dispẽsatum. Videtur tñ q ille nõ sit gñalis mos eccl'ie cũ in hyeme frequenter celebretur hora sexta post mediã noctem dũ adhuc tenebre sunt. In casu tñ vt p cõicando infirmo in mortis periculo constituto dũ alas non haberetur eucharistia/ licet ante diez celebrare. fm Alex. z Pe. de palude. Principiũ aũt diei accipiendũ est nõ ab abscensu solis super nostrũ orisontem: vt dicit Sco. in. 4. dist. 13. q. 2. sed ab illa hora ex qua radij solares incipiunt illuminare nostrũ emisperiũ: qd dicitur principium aurore: z incipit vna hora z quinta parte hore ante corporalẽ solis ortũ: fm auctorẽ li. de crepusculis: z patet per situationẽ linee crepusculi in facie astralabij. Hec Scotus. ℭ D Consequenter videndũ de circũstantib: de hoc aũt sic habet de cõse. di. I. c. Hoc quoq3 ex constitutione Sotheris pape. Hoc quoq3 statutũ est/ vt null' psbyteror missar solennia celebrare psumat/ nisi duob pñtibus/ sibiq3 rñdentibus z ipse tertius habeat: qz cũ pluraliter ab eo dr: Dñs vobiscũ: z illud in secretis/ Orate p me zc. aptissime conuenit/ vt ipsius respondeat salutationi. Ad hũc aũt canonẽ ita rñdet Alex. de ales par. 4. q. 36. mem. 5. Dicendũ q quedã retroactis tpibus statuta erant ob reuerentiã tanti mysterij que postea abrogata sunt p vsum z pter necessitatem z vtilitatem. Multiplicato eñi numero psbyteror necesse fuit z vtile (ne frequenter cessarent a missar solẽnijs) vno assistẽte celebrare. Sacerdos vero dicendo: Dñs vobiscũ: z Orate p me loquit ecclesie/ z ad eccl'iam debet cõuertere intẽtionẽ. Et ita qd dicitur/ q nullus psumat celebrare nisi duobus psentibus zc. intelligit quantũ ad intẽtionẽ sacerdotis q debet cõuertere intẽtionẽ ad plures vel assistẽtes/ vel ad eccl'iam: q plures verbis expressis rñdeant vel voto. Vel põt dici q intentio decreti est/ q nullus ex cõtẽptu celebret vno tñ assistẽte: hn tñ potest in necessitate. Vñ Inno. recitato pdicto decreto rñdet sic. Aliud est necessitatis articulus z aliud religionis cõtẽptus. Hic quoq3 credendũ est z satis auctoritatibus sacris cõprobat/ q angeli dei comites assistũt orãtibus fm illud pphete. In conspectu angelor psallam tibi deus meus. z illud Tho. 12. Qñ orabas cũ lachrymis ego obtuli orõnem tuã dño. Ad idem est btũs Grego. 4. dialo. z fm Bern. sermone de dedicatione. Dicit etiã glo. in dicto ca. q reclusus missam solus cantare potest dũ clerici copia nõ suffragatur. ℭ E Sed circa pmissa de loci z tpis circũstantijs: queritur que pena illor qui ex premissis aliqd hor obmiserint: puta qui nõ vestibus sacris aut in loco nõ sacro seu vasis indebitis sine igne vel tempore incongruo celebrarẽt/ aut predictar aliqua vel plura obmitterent. Ad hoc respondetur primo q omissio horum oium vel aliquorum ceteris existentibus/ que supra ad celebrationẽ eucharistie de necessitate requiri expressa sunt: sc3 debitis materia forma/ministro/ z intẽtione nõ impedit effectũ principalẽ consecrationis qui est trãssubstantia panis z vini in verũ

corpus et sanguinē dñi nostri Jesu Christi. Nam hec scilicet vestes/locus/tēpus/vasa/ ignis/ministri/circunstantes/ preuie orationes / et similia sunt de genere illorū que nō simpliciter ad conficiendum requiruntur: qm non requiruntur ex ordinatione Christi qui sacramentū hoc instituit et sine his consecraretur: sed requiruntur ex ordinatione ecclesie: licet nō tempore vno/sed successiue ob reuerentiam tanti sacramenti: ob significationē et deuotionis tam populorū q̄ ministrorū excitationem: ecclesia aūt circa sacramentorū essentialia nihil immutat. Sicut enim sacramenta a solo deo poterant institui: ita a solo deo possunt mutari: ab eo nanq̄ sacramenta instituuntur a quo habent cū certitudine efficaciam: qui ppe cū sint signa practica/efficacia et certa. Certitudinē aūt et efficaciā nemo sacramentis dare potest nisi solus deus: siquidē effectus sacramētalis est gratia inherens vel subsistens scz charitas infusa: vel esse corporis Christi per transsubstātiationem presentia vtrunq̄ a solo deo est qui grām infundendo creat et naturā transsubstantiando mutat: sequitur q̄ solus deus sacra instituit. Unde minus bñ sentiūt qui sacra quedā ab aplis aut ecclesia asserūt instituta: licet apli precones esse poterant institutionis a Christo facte. Tamen circa ritū et vsus sacramentorum eorūq̄ dispensationē ecclesia quedam instituere potest/ atq̄ eam instituta mutare pro rerum et temporū qualitate. Sententia est doctoris subti. dist. 4. q. 3. et aliis plerisq̄ locis. Nihil aūt dubiū quin obmittens aliquid predictorū ex contemptu aut scienter quin peccet mortaliter faciens in hoc temere contra constitutionem aut consuetudinē generalē romane ecclesie: vnde beatus Aug. in li. ex dictis Basilii. et habetur di. 11. Ecclesiasticarū. ait. Ecclesiasticarū institutionū quasdā in scriptis: quasdā vero aplica traditione per successores in ministerio cōfirmatas accepimus. Quasdā vero cōsuetudine roboratas approbauit vsus quibus par ritus et idem vtrisq̄ pietatis debetur affect⁹. Et psequendo declarat exemplariter in mysterio misse et cōsecratione fontis et vnctione baptizatorū etc. Idē ad Casulanū pſbyterū: Sicut puaricatores diuinarū legū ita cōtemptores ecclesiasticarū cōsuetudinū coercendi sūt eadem dist. In his. ¶ § Sed de pena canonis dicit Sco. vbi supra. In nullo pmissarū incurrit irregularitas nisi in duobus casibus. Primus si scienter celebrat quis in loco interdicto a iudice. Alius si celebrat in calice nō idoneo. Primū probatur per ca. Postulasti. de clerico excōicato ministrante. Et p ca. Tanta. de excessibus prelatorū. Clarius tñ et expressiue habetur in ca. Si qui. § Is vero. de sentē. excō. li. 6. Et notanter additū est in loco interdicto a iudice qūo celebrans in loco interdicto a iure nō a iudice vt in loco/ humano semine vel sanguine polluto nō incurrit irregularitatem: vt in allegato cap. Si qui dicitur. Si qui in ecclesia sanguinis aut seminis effusione polluta vel qui presentibꝰ maiori excōicatiōis nodatis scienter celebrare psumit; licet temerarie agat: irregularitatis tñ (cū illud nō sit expressuꝫ in iure) laqueū non incurrit. Is vero qui scienter in loco celebrat supposito interdicto: nisi sup hoc priuilegiatus existat aut a iure sit concessum eidem/irregularitatē incurrit: a qua nequit p aliū q̄ per romanū pontificem liberari. Et hoc verū si peccatū fuerit notorium: quoniā si notoriū non fuerit sed priuatū/non est peccatū in loco hmōi celebrare: quia reconciliatione nō indiget: vt sentit Joan. in summa confessio. et Hostien. et Scot. q. supra allegata. ¶ Secundū scz de calice nō idoneo: probatur de celebratione missarū. c. vlt. Ubi sacerdos qui in calice nō idoneo celebrauerat/iubetur officio et beneficio perpetuo priuari: veruꝫ q̄ hec pena infligitur propter multa: qr vide licet celebrauit in pane fermentato/in calice ligneo: sine igne et aqua. Et ita dubiū est si propter quodcunq̄ horū separatim debeat infligi depositio: qr omnia supradicta in simul concurrebant. Et tm de his que requiruntur ad celebrationē tam de necessitate sacramenti q̄ de necessitate ministri siue respiciāt sacrū siue ministrū/siue circūstantias temporis loci et circūstantiū/q̄bus nō existētibꝰ sacerdos cōficere nō poterit ordinate. Sed nūc tex. canonis

Explicit pars proemialis canonis.

¶ Incipit pars principalis et executiua.

## Lectio. XV.

Aggressuri canonis expositionē post ea de qu bꝰ differendis materie coegit connexio magistri pies et dñi/ diuini mecū ipetratores subsidii orocōcurrite: quo negato frustra incassumq̄ labor/ et opera impēditur. Et sicut ciro dicitur dequid magistrate spūsancto docet: ita eius sermo ma gisterio obscurū est dequid humana voce profertur. Postulemus aūt ea nobis ipartiri q̄ dignissimū eucharistie sacrm: circa qd principal' canonis versat intētio exigit et requirit. Hec sm predicta sunt fides/spes/et charitas. Charitas vt pulset et excitet affectū vt rōni imperet: quatin⁹ ad tāz fructuosam tanti sacrificii indaginē actū cōsiderationis dirigat. Fides intellectū illuminās/q̄tinus cōsideratio ei inuētis fidelr assentiat. Spes vt appetitū solidet/quatinus tanti fruct⁹ mysterii longanimiter expectet. Charitas/q̄ toto corde diligentes tanti beneficii auctorē: qd canonis officio cōficit gratiā quā possumus repēdamus ipsius beneficii amorosa cōsideratione exercitio ac condigna ponderatione; quo ad excitandum nostrā dilectionē tantā ad nos indignos charitatem maiestas illa benignissima demonstrauit. Quo nāq̄ magis diuina Christi bonitas ineffabile suā ad nos miseros et paupes charitatē ostēderet/nisi per hoc q̄ ipse qui se in precium patri pro nobis in cruce obtulit/seipm etiā in cibum nobis tribuit.

Missa a principio quales

Missam qui primo celebrauerit Instituerit

# Lectio XV

Ut ſicut ſoluendo preciũ a morte perditos redemerat: ita cibũ tribuendo celeſtẽ / infirmos nos ad vitam ſpũalem gratie roboraret. Fides quã cũ apoſtolis deuote augeri oremus / qua diuinorum memoria mirabiliũ oẽm naturalis rõnis ꝑſpicacitatẽ excedentiũ in ſacro: de quo canon noſter / ſacrũ capiamus: cuius intelligentia nec arte põt nec doctrina hominũ indagari. De q̃ beatus Aug. Miro mihi videtur que de hoc ſacramento legũtur. Fides eſt neceſſaria / ſciã rõnis ſuguacua. Scientia rõne ꝛ intellectu colligit: fides auctoritate videtur. Hec ergo ſunt que fidem neceſſario exigunt / rõnem omnino nõ admittunt: expedunt ſimplicẽ creditorẽ: arguunt improbũ diſcuſſorẽ. Et poſt pauca. Credi nãq̃ oportet ſalubriter qđ inueſtigari nõ poteſt vtiliter. Spes rurſuz ad roborandum nos erigitur: ne cũ retro abeuntibus ad huius ſacramenti predicationẽ / dũ nõ ſubito que veritas ꝓtulit verba itellectu capiebant dicentibus: Durus eſt hic ſermo. Quõ poteſt nob hic dare carnem ſuã ad manducandũ: ꝛ nos ab incepto recedamus: ſed longanimiter cũ diſcipulis expectemus veritatis intellectũ: qui perſeueranter Chriſto adherentes inſtrui meruerunt / et plene conſequi qđ ſperabant. ❡ B Ut ergo deus aperiat nobis oſtium ſermonis ad loquendũ myſteriũ Chriſti: vt oportet ſermone ſale condito huius rei gratia flectamus cũ ap̃lo genua nr̃e mentis ad patrẽ. Eph. 3. dñi noſtri Ieſu Chriſti ex quo omnis paternitas in celis ꝛ in terra nominatur: vt det nobis ſm diuitias glorie ſue virtutem corroborari per ſpiritum eius in interiori homine: habitare per fidẽ Chriſtũ in cordibus noſtris: in charitate radicati ꝛ fundati: ſine qua ſcia nõ edificat ſed inflat: vt poſſimus cõprehẽdere cũ oĩbus ſanctis que ſit huius ſacroſancti ſacrificij latitudo in pctõꝝ expiatione. Longitudo in perſeueranti filioꝝ alendoꝝ ac eccleſie ſuſtentatione ſublimitas in celeſtiũ fructuum exuberatione: ꝓfundum in myſterioꝝ occulte ſapientie cõprehenſione. Scire etiã ſupereminentẽ ſcientie charitatem Chriſti in huius beneficij largiſſima donatione: vt impleamur in oẽm plenitudinẽ dei: nunc virtutũ / tunc beatitudinis premioꝝ. Ei aũt qui potens eſt omnia facere in nobis ſuperabundantius q̃ȝ petimus aut intelligimus ſm virtutẽ gr̃e que operatur in nobis / ipſi gloria in eccleſia pro tãto eccleſie ſacrificio in Chriſto ieſu in oẽs generationes ſeculi ſeculoꝝ. Amen. ❡ Huius itaq̃ orationis impetrandi fiducia ſtipati: ſimul aggrediamur ſpe comite qualẽcunq̃ ſacri canonis expoſitionem cuius tale eſt initium.

TE igitur clementiſſime pater per Ieſum Chriſtum filium tuum dominum noſtrum. ꝛc.

❡ C Iſte eſt canon / ſecreta / actio / ſeu ſacrificium pars principalior totius officij miſſe: in qua premiſſis populi illuminatione cõſecrandorũq̃ munerum oblatione agitur de ipſoꝝ munerũ conſecratione: qua in verum Chriſti corpus ꝛ ſanguinem ſubſtantialiter conuertuntur. ❡ Dixi primo: Iſte eſt canon. i. hec verboꝝ congeries hac in clauſula [Te igitur] incipiẽs vſq̃ ad myſterij cõſumationẽ: q̃ ſm Albertũ ꝓtendit vſq̃ ad illam clauſulã [Oremus preceptis ſalutaribus moniti. ꝛc] vel ſm Alex. vſq̃ ad finẽ orõnis dñice canon dr̃. Dicitur ꝛ ſecreta actio ꝛ ſacrificium. Ideo canon qr̃ canon grece / latine ſonat inſtitutio: ſm Papiam / ſm Iſido. li. 6. ethi. c. 16. idẽ eſt q̃ regula diſtin. 3. Canon. Hec aũt verboꝝ cõnexio quã canonẽ appellamus regulariter ꝑtim a Chriſto partim a ſctis patribus inſtituta ẽ. A Chriſto quidẽ inſtituta ſunt verba ſubſtãtialia q̃ formã integrant conſecratiõis. Cetera vero q̃ ad laudẽ dei dicunt ꝛ orõnes q̃ ꝓ pop̃lo offerunt a ſctis patribus nõ vno tẽpore: nec ab vno tñ ſm Inn. ꝛ Durandũ in rõnali: ſed a diuerſis ꝛ diuerſis tp̃ibus particulariter edita ſunt: ꝛ ꝑ Gelaſiũ pap. II. a bto Petro ꝓncipaliter ſũt ordinata: cui tñ etiã poſteri quedam addita ſunt: vt infra ſuis in locis apparebit. Ad hoc de cõſe. di. 1. Iacobus: vbi dr̃ in glo. verba quibus corpus conficit ab ipo dño ſunt tradita: ſed poſt alij alia addiderũt ad decorẽ ꝛ ſolẽnitatem. Nã ꝛ beatus petrus quaſdã orõnes q̃ in canone legunt fert inſtituiſſe: vñ Hugo de ſacramentis li. 2. par. 8. c. vlti. ait: Celebratio miſſe in cõmemorationẽ paſſionis Chriſti agit. Et poſt pauca: Hãc miſſam beatus petrus ap̃ls ꝓmus in antiochie dr̃ celebraſſe: in q̃ tres tñ orõnes in initio ſi dei dicebant: incipiẽtes ab eo loco vbi dr̃ [Hanc igit oblationẽ] Sed cõtra illud eſt qđ Actuũ. 2. dicit: Erãt aũt ꝑſeuerãtes in doctrina apoſtolorũ ꝛ cõicatione fractiõis panis ꝛ orõnibus: qđ ſm glo. ꝛ doc. cõiter exponit de ſacrali pane eucharíſtie q̃ tunc q̃ttidie cõicabant. vñ dñs Anthoninus in ſua chronica ti. 6. c. 2. §. 1. exponens illũ textũ ait: Cõgregatis ſil in domo aliq̃ ꝑmiſſis orationibus ꝛ q̃buſdaȝ ceremonijs deuotis: vt pie credi põt: ꝛ ſi nõ ꝑ ſcripturã expſſum eſt oẽs cõicabant etiã laici: qđ ſacrm cõficiebãt ipſi ap̃li vel alij diſcipuli ordinati a Chriſto vel ab ap̃lis eius in ſacerdotes. Itẽ de cõſe. diſ. 1. Iacobus. dicit: Iacobus frater dñi ſm carnẽ cui ꝓmũ credita eſt / hieroſolymitana eccl̃ia. Et baſilius ceſarien. ep̃s cuius claritas ꝑ totũ orbẽ refulſit in ſcripturis addiderunt nobis miſſe celebrationẽ. Glo. i. ordinẽ celebrande miſſe. Põt ergo forte dici q̃ Hugo loquebat de celebratiõe poſt ap̃lorum diuiſionem facta: dum beatus petrus in certo loco ſedem ꝓmã cõſtituit. Uel primus intelligit celebraſſe cũ ſolẽnitate pontificali: vt dicit dñs Anthoninus parte. 1. ti. 6. ca. 8. ❡ D Dicit etiã canon ſecretum ꝓpter tria: ſcꝫ rõne ſignificatiõis / opatiõis / ꝓlationis. Dicit ſecretũ rõne ſignificationis duplicis: in Chriſto ſcꝫ ꝛ celebrãte. In Chriſto q̃dẽ / qr̃ rep̃ſentat ſecretũ hoc quo Chriſtus latuit / ꝛ ſe abſcondit a turbis. vñ ſm Innocẽ. ꝛ Alexan. de

cles par.4.q.37.mē.2.ar.1. Dñs Jesus vbi fuit honorifice susceptus hierosolymis cū ramis palmaꝝ z laudibꝰ. Joh.12. iudei volebant eū capere ꝓpter qḋ recessit ab eis z abijt in bethaniā: z abscondit se ab eis. Nō metu formidinis / sed prouidentia dispensationis: qꝛ nondū venit hora eius qua adueniente spōtaneus accessit. vñ Math. 26. ait. Surgite eamus / ecce appropinquat qui me tradet. Et cū (vt Joh. 18. ait) cohors venisset cū laternis z facibꝰ z armis vt apphenderent eū ipse sciens omnia que super ipm ventura erāt processit dicens: Quē queritis? Et respondentibus eis: Jesum nazarenū. Dixit: Ego sum. Et abierūt retrorsum z ceciderunt in terrā. Potestate q̄ ꝗ accepta surgendi: iteꝝ quęrēti dño quē quererent respōdentes: Jesum nazarenū. Rursū dixit eis Jesus: Dixi vobis quia ego sū. Si ergo me queritis sinite hos abire. Illud ergo lanbulum quo dispensationis gratia latuit significat hoc secreti silentiū. In sacerdote aūt silentiū significat mentis: quo sine tumultu z verboꝝ strepitu mētis deuotio ad deū dirigat: qui exauditor est cordis non vocis: nā ſm beatū Grego. Illā orōnem deus nō exaudit / cui ille q̄ orat nō intēdit. Tunc eñ sacerdos debet intrare cubiculū cordis z sensuū intercluso hostio deum patrē orare nō i multiloquio / sicut ethnici faciūt: sed in corde puro cōscientia bona z fide nō ficta. Neqꝫ exorandus est clamoribus qui renū scrutator est z cordiū. Hiere.17. quod Anna typū gerens ecclesie insinuabat: que nō clamorosa petitione / sed tacita deuotione qḋ petijt impetrauit. Dicit eñ.1. Regū.1. ꝙ Anna loquebat in corde suo tantūqꝫ labia illiꝰ cōmouebant: z vox penitus nō audiebat. Et in ps. Dicite in cordibus vestris z in cubilibus vestris cōpungimini. Verba tamē sunt proferēda ne qḋ petere vel intēdere debemus ignoremus.

¶ Dicit etiā secretū rōne operationis: qꝛ operatio illa occultissima est z abscondita oi intellectui rationalis creature. Quid eñ secretius z mirabilius q̄ꝫ ꝙ panis z vinū substātialiter desinant remanentibꝰ ꝓprijs z cōibus eoꝝ accidentibus. Ex qbus ratio in cognitionē substātie cōsueuit deuenire. Percipit oculus panis colorē / gustꝰ ipsius saporē. Olfactus odorē z tamē fallitur ratio iudicans esse panē. Quid insup secretius z ab humanis corpis z mentis sensibꝰ remotiꝰ / q̄ꝫ ꝙ gloriosa Christi persona que in cruce pependit: nō q̄dem gloriosa sed mortalis: z nunc residet ad dexteram patris gloriosa z imortalis: ſm omes suas partes tam essentiales q̄ꝫ quantitatiuas sub parua hostia z qualibet eius parte: ſm esse suum veꝝ z reale cōtinetur. Absconditum est hoc mysteriū a mūdi sapientibus z reuelatum paruulis fidelibus / omnē intellectum suū captiuantibꝰ in obsequiū fidei / veritatē illā occultissimā ſ; certissimā astruentis. Idcirco etiā sacerdos celebrās quibusdā velat cortinis in lateribus altaris dependentibꝰ: ad designādum ꝙ sacerdos itrat ad maximū fidei sacramentū: sꝫ in cuius figuram sancta sanctoꝝ in mosaico tabernaculo dependente velo claudebant: nec nisi summo sacerdoti semel in anno licuit introire: vt habetur Hebreorū.9. Unde statutū est vt nulli laicoꝝ liceat in eo loco cōsistere: vt sacerdos possit libere sacramentū .i. sacrum secretū deuotius celebrare. De vita z honesta. clericoꝝ.c.1.

¶ E Dicitur tertio secretum rōne prolationis: ne scꝫ tanti mysterij verba ꝑ q̄tidianū vsum et manifesta prolatione vilescant: z in locis nō cōpetentibus passim z indiscrete dicant. Et sint dicentibꝰ in ruinā: vt dicit Alexan. vnde beatus Dionysius in ecclesia. hierar. de ritu sacrificioꝝ loquens dicit: Greci hoc videntes deridebant / putantes tam humilibus ꝟbis tantum sacrificiū inesse nō posse. Fertur etiam ꝙ cū antiquitus publice z alta voce canon diceretur omnes pene per vsum illum sciebant: et in plateis z vicis illum decantabant. Unde cum quidā pastores in agro pane supra lapide posito canonem dicerēt / ad prolationē verborum illorū panis cōuersus est in carnem: ipsi aūt igne de celo acerrimo diuino iudicio sunt percussi. Propter quod sancti patres statuerūt vt de cętero canon diceretur sub silentio. Sed intelligendū ē ꝙ hec conuersio panis in carnem non fuit facta virtute illorum verboꝝ: quoniā non nisi prolata a sacerdote rite cōsecrato cum debita intentiōe virtutē hēbāt cōuersiuā substantie panis i corpꝰ Christi: ſ; aliunde facta est diuino miraculo: quomodo cruor fertur effluxisse de hostia cōsecrata ad punctionē infidelium iudeoꝝ. Sicut z de quibusdā imaginibus Christi z sanctorum ad lectionē peruersoꝝ factum fuisse referunt historie: z hoc in vindictā impioꝝ: vt sic eoꝝ infidelitas / peruersitas ac temeritas puniretur: manifestareturqꝫ potētia diuina: insinuaret quoqꝫ nō in ludo z iocis vtēdū esse sacramentalibꝰ verbis ac diuinis mysterijs: sed cū reuerentia z timore eis modo a fine quibꝰ sunt a Christo z sanctis patribꝰ instituta. Factū quoqꝫ est ceteris in exemplū z terrorē, ne similiter deo irreuerētiam faciāt sacra mysteria in ludibrium cōuertendo. Possunt tamē nihilominus sacri canonis verba legi / exponi / masticari / pia z religiosa voluntate ac inuestigari: a quo z ad quid instituta sunt ac doctrinaliter disputari: sicut in p̄sentia ꝑ agimus / quo sensu intelligenda / q̄ eorū efficacia z cetera ad maiorē deuotionē z gratitudinem excitantia etiam virtuose z meritorie. Dicēte scriptura sacra cuius canon ille pars est per organum sapientie: Qui me elucidant vitā eternam habebūt.

¶ F Dicitur tertio actio: vnde mos locutionis habet cum sacerdos ad illa verba peruenit dicere / iam est in actione. Nominat aūt actio duplici de causa. Primo / qꝛ in ipa sanctissimū Christi mysteriū pagit. Scdo quia causa nostra corā misericordi deo ꝑ sacerdotē tanqꝫ corā iudice deducit. Peragit siquidē h Christi mysteriū: quo ex maxima z ineffabili charitate ꝓ spi

rituali refectione in via peregrinātibus ordit car
nē ꝓpriaʒ in cibū/ ⁊ sanguinē suū in potū: que vt
iugiter pegrinātes sibi possent applicare ⁊ in vsū
salutarē assumere: verba certa ad hoc instituit/ q̄
bus ab idoneo mīstro sup certa materia / intētio
ne debita ꝓlatis statim ibi esse inciget veꝝ corp⁹
suū ⁊ sanguis eius naturalis. Uerba autē q̄bꝰ h̄
pagit canonis nomē sibi vendicat: vtiqꝫ/ qꝛ actio
ꝓprie accipiendo nō est nisi a ꝑncipio libero ⁊ cō
tingenter agēte: ꝓpter qḋ Damas. dicit bruta nō
agere/ sed magis ꝑ nature impetū duci. Uocau
te qḋ hic ꝑ verba agitur sit a ꝑncipio liberrimo/ ⁊
maxime cōtingēter operāte: diuina scʒ volunta-
te/ que est cota causa cōtigētie ⁊ libertatis in cre-
aturis. ¶ Agit secūdo causa nostra in canone co
rā summo omniū iudice Christo deo nostro ꝑ sa
cerdotē/ qui nūcius est inter spōsum ⁊ sponsam/
Christū scʒ ⁊ ecclīā. Hic quidē offert corp⁹ ⁊ san
guinē Christi/ que per canonis verba cōsecrauit/
ꝓ salute viuoꝝ ⁊ mortuoꝝ misericordissimo deo
memoriā faciēs passionis vnigeniti sui: que pla-
cita fuit ⁊ acceptissima oblata in cruce sup̄bene-
dicte trinitati: ꝓpter cuius memoriā in oblatiōe
sacerdotis eādem hostiā offerētis/ deus ipse agit
⁊ liberalissime ꝯcedit viatoribus dona plurima
Nunc cōuersionē ꝑ grām: nūc cōseruationem in
gratia: nūc cōtra mūdi pericula firmamētū: nūc
angeloꝝ custodiā: nūc tentationuʒ refrenationē
nūc detentoꝝ in purgatorio liberationē: et alia
multa de quibꝫ infra deo duce latius tractabit.
¶ B Dicit quarto sacrificiū: qꝛ ꝑ hunc canonē
de exigui panis specie ⁊ modici vini calice/ cōficit
sacrificiū absqꝫ vlla cōparatiōe placidius cruen-
tis veteris instrumēti victimaꝝ ⁊ holocaustorū
hostijs ac decimaꝝ ꝑmitiaꝝ legalib⁹ sacrificijs:
que oīa sacrificiū nostrū figurabāt: ⁊ aduenien-
te nostri sacrificij veritate cessabāt: qm̄ ꝑfectius
oīa prestat ꝓ quibꝫ cōsequēdis illa litteralia ꝑsol-
uebāt. Offerebāt em̄ veteres illi sacrificiū ꝓ pec-
cato: hostiā pacificā ꝓ gratia referenda vel impe
trāda: holocaustū ꝓ vnione offerentiū cū deo per
amorē intimū: put hec leuitici tradit histo. Oīa
aūt hec nostrū sacrificiū prestat. Qua propt' iu-
re sacrificij nomen obtinet canon: cuius orōni-
bus verbis ⁊ consecratione sacrificium illud cō-
ficitur ⁊ immolatur: quo etiā que dicta sunt lar-
gius ⁊ ꝑfectius impetrātur. Dic ergo canō secre
ta vel actio seu sacrificiū est ꝑncipalior pars mis-
se. Ad cuius intellectū aduertē dū est q̄ sm Ale-
xan. de ales par. 4. q. 37. in ꝑncipio: Officiū di-
cit quasi efficium ab efficiendo dictū. Prima lr̄a
propter sermonis decorē mutata. Uel dr̄ ab offi
ciendo vt quisqꝫ illa agat que nulli officiāt: sed ꝓ
sint omnibꝫ: vt dicit Rabanus. Et vt idem dicit
Officioꝝ genera licet sint plurima: illud tamen
ꝑcipue qḋ in diuinis rebus habet/ officiū nomine
censetur esse nūcupādū. ¶ Missa vo multiplici
ter dicit. Qn̄qꝫ dicit missa totū qḋ dicit ab introi
tu vsqꝫ ad Ite missa est. Qn̄qꝫ dicit pars que pri

mo canit scʒ introitus que dr̄ missa / eo q̄ angel⁹
mittit. Qn̄qꝫ dicit missa illud qḋ dicit ab introi
tu vsqꝫ ad offertoriū que dicit missa catecumino-
rū. i. nouiter in fide instructoꝝ nondum baptiza-
toꝝ: ⁊ sic dicit missa ab emittēdo: qꝛ tunc emitte-
bant foras. Tūc em̄ diaconus dicere solet: Exe-
ant catecumini foras. Inde missa dicit sm Isi-
do. Quia sacramētis altaris itéresse nō possunt
qui nondū regenerati noscunt. Amplius em̄ nō
licʒ neqꝫ iudeis/ neqꝫ paganis / neqꝫ catecuminis
interesse: qꝛ nōdum sunt membra eccl̄ie: de qui-
Cessent in ecclesijs earūq3 cemiterijs negotiatio-
nes: z p̄cipue nundinaꝝ ac fori cuiuscūq3 tumul-
tus / ois in eis seculariū iudicioꝝ strepitus cōqui
escat. Et infra. Qui vero p̄missas inhibitiones
petulanti aio cōtēpserint / p̄ter p̄cessum ordinario
rum z deputandoꝝ ab ipsis / diuine vltionis z no
stre poterūt acrimoniā formidare: donec suū con
fessi reatū firmato p̄posito deliberauerint abstine
re. ¶ Ex quo satis deducit / q̄ t̄pe diuinoꝝ in sa-
cratis locis quietus sine strepitu debet quilibet
apparere: maxime dū misse solēnia p̄aguntur vt
de numero sit coꝝ circūstantiū: p̄ quibus special'i
ter sacerdos sacrificiū offerens deo patri / idipsu3
petit acceptari dicens. Memento dñe famuloꝝ
famularumq3 tuarum [z omnium circūstantiū]
¶ D Nec tñ hoc sufficit sicut nec solū sufficit re
mouens p̄hibēs: q2 sicut in naturalibus actus
actiuoꝝ nō suscipiūtur nisi in passo disposito: ita
z actiones sp̄uales certā p̄requirūt dispositionē.
Ita in p̄posito requirit etiā certa dispositio p̄ re-
ceptione fructus misse. ¶ Cōsistit aūt hec dispo
sitio audientiū missam in duobus q̄ hic exprimū-
tur cū in canone d3 [Quoꝝ tibi fides cognita est
z nota deuotio] Requirit p̄rimo fides vt credat
sub speciebus panis z vini: post consecrationis
verba / veꝝ corpus Christi z verus eius sanguis
cōtineri: quod q2 nō fit virtute naturali nec pote-
state creata: sed infinita creatoris potentia tran
scenditq3 capacitatem z intelligentiam cuiuscūq3
creati intellectus: nec rōne dep̄hēdi pōt: requiritur
ad huius veritatis assensum ipsa fides: Uñ dicit
beatus Aug. Mira mihi videntur q̄ de illo sacra
mēto legunt. Fides est necessaria / scientia rōnis
fugatiua. Sciētia rōne z intellectu colligit. Fi-
des auctoritate videt. Hec sunt ergo q̄ fidem de

necessitate exigunt/ rõnem oĩno non admittunt. Expetunt simplicẽ creditorẽ: arguũt improbum discussorẽ. Et post pauca. Credi nãq3 op3 salubriter qđ investigari nequit vtiliter. Hec ille. Requirit̃ ꝗ̃ fides circũstantiũ/ vt ipsis ꝓficiat oblationis sacrificiũ: per quã in vnitatẽ recipiuntur sacramenti: ⁊ adherent ceteris mẽbris corpis mystici/ ⁊ Christo huius corpis capiti. Sicq3 viuũt ⁊ spũalis vite influxũ ꝑcipere possunt. Nam fides operans ꝑ dilectionẽ purificat corda circunstantiũ: vt ⁊ ipsi in oblatione illa que sua puritate puritatẽ mystici corpis repñsentat spũaliter offerant̃. vñ Act. 15. Fide purificans corda. ¶ Secũdo requirit̃ eorũdem attentio ⁊ eleuatio mentis in deũ ꝑ deuotũ affectũ/ ꝗ̃ desiderent oblationem hui⁹ hostie salutaris sibi ꝓficere ad salutẽ: ⁊ hoc innuit̃ cũ dicit̃. Et nota deuotio. supple ad h̃ sacramentũ/ qua tibi vniunt̃ virtute charitatis per affectũ sicut fide vniunt̃ veritate ꝑ itellectũ: sicq3 veritate ⁊ virtute vniant̃ per intellectũ ⁊ affecũ. Que fides ⁊ deuotio/ ⁊ si hoĩes latet/ tñ tibi deo cognita est ⁊ nota. Cognita per approbationem ⁊ nota ꝑ acceptationẽ: tibi ꝗ ꝓpiciaris fidelibus ⁊ deuotis/ ſm Inno. qui solus vides in cõsciẽtijs qui recte credunt ⁊ deuote diligunt/ ꝗ scrutator es renũ ⁊ cordiũ: deus scientiarũ ⁊ dñs ⁊ occultorum oĩm ꝑscrutator; in cuius cõspectu nulla creatura est inuisibilis. Tibi etiã cui omne cor patet quo ad fidẽ ⁊ adhesionẽ: ⁊ oĩs voluntas loquitur ꝑ desideriũ ⁊ deuotionẽ: ⁊ quẽ nullũ latet secretũ per occultationẽ: qm̃ oĩa aperta sunt ⁊ nuda oculis tuis. His aũt duob⁹ existentib⁹ in audientib⁹ missã: fide scʒ ⁊ deuotione/ fructũ diuine grẽ hui⁹ sacramẽti percipiũt: ⁊ nõnunq̃3 abũdantius q̃3 sacerdos offerẽs. ¶ E Unde subditur [Pro quibus tibi offerimus] Quibus scʒ famulis ⁊ famulabus tuis: ⁊ oĩbus circũstãtibus fidelibus ⁊ deuotis/ offerimus: qđ dicit̃ in plurali ad denotandum ꝙ sacerdos loquitur: vt sup̃ tactũ est in persona totius ecclesie que est offerens ꝑncipale. vel ſm dñm Alber. Dicit̃ offerim⁹ ñs/ ad denotandũ vnitatẽ corporis mystici .s. ecclesie: q̃ in tot⁹ multitudinis fideliũ ⁊ cleri seruitute offert hostiã salutarẽ: ⁊ est idẽ in sñia cũ ꝑori. ¶ Subditur [Uel qui tibi offerunt] id est vel eorũ circũstantium fidelium ꝗ tibi mediate ⁊ spũaliter offerunt. Offerunt eñ circũstãtes mediate/ sacerdos celebrans imediate: offerunt ⁊ spũaliter. Sic etiã spũaliter dicunt̃ hoc sacrm̃ manducare ꝓ quanto deuote se humiliant in cõspectu corpis Christi: fide credentes altissima huius sacri mysteria/ oẽm itellectũ suũ in obsequiũ Christi captiuantes: vt loquitur aplus. 2. Cor. x. ac desiderantes fieri participes huius hostie salutaris. De quib⁹ btũs Augu. ait. Ut quid paras dentem ⁊ ventrem. Crede ⁊ manducasti. Cui concordat Inno. Nõ solum offerũt sacerdotes sed ⁊ ceteri fideles. Nã quod specialiter adimplet̃ ministerio sacerdotũ: hoc vniuersaliter agunt vota fideliũ. Hinc dicit dñs Albertus ꝙ hec particula qui tibi offerunt/ referri debet ad illud qđ ꝑmissum est: scʒ quorũ tibi nota est deuotio: qꝛ sicut sacerdos offert sacrm̃ ministerio: ita illi offerunt voto. Speciali eñ voto offerunt illi qui se ⁊ sua deferunt ad altare: ⁊ ideo etiaʒ specialiter in altaris oblatione cõtinent̃ ⁊ illorũ specialis est recordatio. Et addit. Fit ergo hec oĩo specialiter ꝓ offerentibus/ ⁊ ꝯsequenter ꝓ alijs: ⁊ ideo monẽdus est pp̃ls vt offerat: qꝛ ꝑ oblationes speciali voto hostie cõiungunt̃. Et vt dictum est ipsi offerũt voto quẽ sacerdos offert ministerio. Alia aũt particula scʒ tibi offerimus/ referri debet ad illã quorũ tibi fides cognita est: qꝛ non nisi in fide ambulãtibus hec oblatio applicatur. Uel aliter ſm Inno. Memento eorũ pro quibus tibi offerimus: sed ⁊ eorũ sacerdotũ qui tibi offerunt. Quãuis eñ sacerdos ꝓ pp̃lo offerat/ offert tñ nihilominus ⁊ ꝓ se: offert itaq3 sacerdos/ offert ⁊ popul⁹. ¶ F [Sacrificiũ laudis] Sacrificium dr̃ ſm dñm Alber. ab effectu: qꝛ sacros nos efficit. Laudis vo: qꝛ nihil in eo est nisi qđ est laudis pulchritudinis ⁊ honoris. Hinc ps. Sacrificiũ laudis honorificauit me: ⁊ illic iter quo ostendã illi salutare dei. Iter eñ ad salutẽ per nullũ vnq̃3 fuit sacrificium nisi per illud. Uel ſm Innno. ⁊ Alexã. Sacrificiũ laudis dr̃/ qꝛ propter hoc maxime deum laudare debemus. ꝙ nõ solũ se pro nobis dederit in ꝑciũ: sed etiã se dederit nobis in cibũ: vt per ꝑciũ redimeret nos a morte. Per cibum nos aleret ad cõseruationẽ spũalis vite: ⁊ roboraret in via ad cõsecutionẽ vitalis glie sempiterne. Joan. vj. Qui manducat me viuet ꝓpter me. Iter nãq3 nullũ patuit ad salutẽ per qđcunq3 sacrificiũ veteris legis: qm̃ neq3 auferebãt pctã que regnum celorũ claudunt: neq3 grãm cõtulerunt q̃ ad ipm̃ aditũ patefecit. Uel dr̃ sacrificiũ laudis: qꝛ Christus ipm̃ cũ laude ⁊ gratiarumactione instituit. Sic eñ legitur gratias agens benedixit, ⁊ fregit ⁊c. sic ⁊ sacerdos cum laudib⁹ sacrificium offert. ¶ G [Pro se suisq3 omnibus. Preponitur ꝓ se quia charitas ordinata q̃3q̃3 ad oĩa se extendit tñ a seipsa incipit: hoc est in ipsum in quo est primo ⁊ ꝑncipaliter tendit. Sic eñ quilibet se primo et plus diligit: postea ceteros ordine quodã: vnde Canti. 2. Introduxit me rex in cellulã vinariam o. in me. ca. Nec solũ ex charitate infusa q̃ est ordinata ⁊ ordinate se quisq3 plus diligit: verum ⁊ ex inclinatione ⁊ amore naturali: imo plus ex illa q̃3 ex ꝑmo. Hec eñ facit vt plus ipm̃ qđ qs est amet̃ q̃3 quod non est. Et inter ea que quis nõ est: plus diligitur hoc cum quo quis habet maiorem similitudinem ⁊ participationem. Bonitas siquidẽ ⁊ vnitas rationes sunt diligibilitatis: vt dicit Scotus in. iij. Quia aũt quilibet maxime sibi est idem ⁊ vnus: ⁊ ideo plus se diligit: ⁊ post hoc ea cũ quibus est plus vnũ. Exemplũ in vidua Sareptena ⁊ Helia. iij. Reg. 17. vbi dixit propheta. Uerũtñ mihi primũ fac de ipsa farinula subcinericium panem et affer ad me. Tibi autem ⁊ filio tuo fa

Sacrificiũ qđ ⁊ vnde.

cies postea. Hanc vnitatē vel quasi vnitatē hoc est participatōem alicui⁹ vnius esse rōnem diligibilitatis exemplariter declarauit Guil. Parrhi. ita dicens: Societatē naturalē ꝛ amorem inter fratres facit cōio cause essendi. Cōmunicat em̄ in patre: ꝛ si addita fuerit ꝯmunicatio i matre/erit fortior. Naturalius em̄ se plus diligūt qui simul cōmunicāt in patre ꝛ in matre/q̄ꝫ qui in altero. Cui ꝯmunicationi si addideris communionē in victu erit fortior ꝯmunionis amor inter eosdem. Et si addideris vt cōmunicēt in magisterio/erit fortior. Item si addideris ꝯmunionē in lege/addes ꝛ fortitudinē eidem amori. Et si addideris ꝯmunionē in ꝓfessione vel ordine/addes ꝛ aliā cām fortitudinis ꝛ ꝯfirmatōis. Et si addideris iteꝝ communionē in ꝑncipe vel ꝑlato/augebitur ex hoc ꝛ amplius firmabitur ip̄a communio. Et si addideris ꝯmunionem domus/erit adhuc ex hoc augmentū fortitudinis. Subdit causam omniū p̄missoꝝ dicens: Radix autem in omnib⁹ his ē vnitas ꝛ ꝯmunio eiusdē amati: vel ſm quosdam ip̄a similitudo ꝛ assimulatio. Iuxta hunc moduꝫ cōmunicatio in duce vnit milites: ꝛ ꝯmunicatio in signo bellatores: ꝛ ꝯmunicatio in domo seruos ꝛ famulos: ꝛ cōmunicatio in mercede vel ope operarios: ꝛ ꝯmunicatio in pastore vel grege vel pascuis oues: ꝛ ꝯmunicatio ꝯmercioꝝ negociatores. Concludit q̄ quāto in pluribꝫ ꝛ maioribꝫ magisq̄ꝫ amandis homines ꝯparticipant/tanto maior est in eis societas/familiaritas ꝛ dilectio: nisi aut inuidia aut alterius pestis corruptio hec impedierit. Recte ergo pro se suisq̄ꝫ offerunt fideles missam audientes. Suis dico/quibus magis vinculo nature ꝛ familiaritatis sunt cōiuncti: quia ad hoc est inclinatio naturalis que semꝑ recta est: quia a deo indita cui voluntas si fuerit consona/ ꝛ ip̄a recta erit: ꝛ hoc nisi ꝓhibita sit ꝑ regulam superiorem: ne illi se conformet qđ in ꝓposito minime regitur. Orant igitur ꝓ suis consanguineis ꝛ affinibꝫ familiaribus/amicis ꝛ benefactoribꝫ: ſm Innocē.

Mat.9 Sic ꝑnceps q̄dam accessit ad Iesum interceden
Joā.11. cedens ꝓ filia. Pro patre suo orauit Martha.
Mat.8 Centurio ꝓ puero paralytico: Et flentes vidue

deꝑcabantur Petrū vt resuscitaret tabitaꝫ noie Dorcas/ostendētes ei quas fecerat illis tunicas Act.ix. Ita ꝛ mō fideles ac deuoti per se ꝛ ꝑ sacerdotē orant ꝓ suis varia sibi conditōne cōiunctis: Et licꝫ etiam teneamur diligere inimicos/ſm illđ Mat.v. Diligite inimicos vestros. tamē d̄r Alexan. seruare debemus ordinē charitatis. Cantic. ij. Introduxit me rex in cell'. vinariā o. in me. ca. Et addit: Estimo nihilo min⁹ q̄ si sacerdos ꝓferendo hec verba suos inimicos amplecteret' vtilius sibi/ꝛ deo aceptabilius hec eadem proferret

¶ H [Pro redemptōne animaꝝ suaꝝ. pro spe salutis ꝛ incolumitatis sue.] ¶ Hec est secunda ꝑticula quarte partis ꝑncipalis partis secunde/in qua postq̄ꝫ tactum est pro quibus ꝛ qualibus orat'/ostendit' quid pro eis a deo desideratur

Sunt aūt ſm Inno. ꝛ Alexan. post magistrum. iij sniaꝝ dist. xxvij. iij. bonorum genera: scꝫ corporalia/sp̄ūalia ꝛ eterna. Prima sunt infima/secunda media/tertia sup̄ma: pro quibꝫ sacerdos offerendo sacrificium orat: Pro summis/cum d̄r: ꝓ spe salutis. Pro medijs/cum p̄misit: pro redemptione animaꝝ suaꝝ. Pro infimis/cum vltimo addit: ꝛ incolumitatis. Ita vt verbum [salutis] ad anime salutem que in beatitudine perficitur: ꝛ incolumitatis ad sanitatē corporis referat'. Utraq̄ꝫ enim salus mentis ꝛ corporis est ab eo qui dicit: Salus populi ego sum. Et quia vtraq̄ꝫ salus ꝓuenit de redemptione anime. i. peccati omissione sicut ecōtra de reatu peccati procedit infirmitas vtriusq̄ꝫ ſm sententiam veritatis Joan. v. Ecce iam sanus factus es: iam noli amplius peccare ne deterius aliquid tibi contingat. Deniq̄ꝫ dominus docet nos pro his tribus orare Matth. vj. Pro eternis: Adueniat regnum tuum. Pro spiritualibꝫ: Fiat volūtas tua sicut in celo ꝛ in terra Volūtas dei est sctificatio nostra. j. ad Thes'. iiij. Sanctificatio aūt q̄ est ꝑ gratiam ꝛ charitatē bonum est sp̄ūale. Pro corꝑalibꝫ: Panem nostrum quotidianuꝫ da nobis hodie. Offerimus igitur pro eternis vt dentur nobis ad p̄mium: pro sp̄ūalibus/vt dentur nobis ad meritū: pro corporalibus/vt dentur nobis ad amminiculū/vt ꝑ corꝑalia ꝑueniamus ad sp̄ūalia/ꝛ ꝑ sp̄ūalia ad eterna. Orans ergo sacerdos ꝑmo d̄r [Pro redemptione animaꝝ] non pro temꝑali lucro vel terreno appetitu: sed pro redemptiōe animaꝝ. i. remissione peccatoꝝ. Quibus remissis anima redempta est ſm illud ps̄. Et ip̄e redimet Israel ex omnibꝫ iniquitatibus eius. Peccatum enim captiuam detinet animam: ſm illud Prouer. v. Iniquitates sue capiunt impium. Et funibus peccatoꝝ suoꝝ constringetur. Peccati vero stipendium mors ē. Roma. vj. Remisso igitur peccato anima liberatur ꝛ a morte redimitur: Et rationabilit' petitur remissio peccatorum ꝛ animarum redemptio/ꝑ hanc oblatōem gloriosi corporis ꝛ preciosi sanguinis Christi: quia horum oblatio in cruce/redemptiōem animaꝝ nostraꝝ oꝑata est ꝛ peccatoꝝ remissionē. De ꝑmo. j. Pe. j. Scientes q̄ non corruptibilibꝫ auro ꝛ argento redempti estis/sed precioso sanguine quasi agni immaculati. Et Apoca. v. Redempti estis sanguine agni immaculati. Huius redemptionis oblatio nostra iugis est cōmemoratio. vn̄ Mat. xxvj. Hic est calix noui testamenti q̄ ꝓ multis effundet' in remissionē peccatoꝝ: vn̄ ꝛ ſm btm̄ Hiero. Uerbū qđ iudei in malum sibi ꝛ filijs suis imꝑcabant' dicentes: Sanguis eius suꝑ nos: ꝛ suꝑ filios nostros. nobis optamus in salutē ꝛ remissionē pctōꝝ ꝛ redēptōnem animaꝝ. Est aūt redēptio aīe a pctō: est ꝛ redēptio a p̄senti miseria ꝛ exilio. vtraq̄ꝫ fit ꝑ Christi sanguinem q̄ offert'. De ꝑmo d̄r Apocalip. j. Lauit nos a peccatis nostris in sanguine suo. De scđo Heb. x Habemus fiduciā ꝑ sanguinē ei⁹ in introitu san-

rop. Per introitū aūt sanctop regni celestis qđ sancti introierūt a miserijs huius seculi eripimur. Et de exilio ad patriā: de merore ad sempiternā leticiā reuocamur. vñ Esa.35. Ambulabunt qui liberati sunt a dño: et redempti conuertent̄ et venient in syon cū laude et leticia sempiterna sup capita ipsop gaudiū et leticiā obtinebūt: fugiet dolor et gemitus. ¶ I Petita itaq̄ peccatop remissio ne quā pcedere oportet salutē: etiam p ipsa salute orat dicens [Pro spe salutis].i. beatitudinis: id est beatitudine sperata. Spe nanq̄ salui facti sumus. ad Roma.8. Est aūt vita beata id pro quo pncipaliter orare debemus: cūq̄ petere tāq̄ sum mā nostrā pfectionē ad quā condita sumus a dño. vt dicit Aug. ad proba. in de orando deū. Cetera aūt oīa que petimus non petimus/ nisi fm q ad hanc ordinant̄. Ita et saluator pūs petere docuit vt nobis adueniat regnū suū/ q vt panis quotidianus tribuatur. Unde et Mat.6. docet. Primū qrere regnū dei et iusticiā eius: et de hic alia oia adijcient̄. Pro qbus obtinendis sacerdos addit. [Et incolumitatis sue].i. cōmoditate corporis/ que ad salutē et beatitudinē obtinendū ordinatur Pro quo et orauit pheta cum dixit. Cōserua me dñe qm speraui in te. Et iterp. Ne proijcias me in tēpore senectutis/ in qua plures corporis aduersitates assolent aduenire. Unde sequitur. Cū defecerit virtus mea ne derelinquas me Ps.70.

¶ Exponit̄ aūt hec clausula fm dñm Alber. sc3 p spe salutis et incolumitatis tn: ita vt ambo hec salus et incolumitas ad corpus referant̄. Unde cū petit sacerdos p spe salutis/ petit pro debilibus et infirmis. Cū p spe incolumitatis/ pro valentibus et sanis. Sanitatē aūt petimus infirmis: vt fortiores fiant in dei seruitio. Ad qđ et ipse per se dominus multos in corpore infirmitate grauatos curasse legitur et sanasse: vnde et ipse igratos de sanitate recupata arguit/ cum ex decē leprosis mūdatis vnus tm̄ regressus magna voce magnificans deum pstratus in terrā gratias egit a domino audiuit: Nonne decem mundati sunt/ et nouem vbi sunt: Non est inuentus qui rediret et daret glīam deo nisi hic alienigena. Istā sanitatem a domino concedi testatur pheta dicens. Benedic aīa mea dño. Sequit̄. Qui sanat omnes infirmitates tuas: qui redimit de interitu vitā tuam. Incolumitas petit̄ p sanis et valētibus: qz incolumitas est pfecte sanitatis integritas: quā nisi deus sua misericordia cōseruet ipsa stare nō pōt tanq̄ sup fundamentū debile fundata. Nā in corpore cōtinua est pugna calidi et frigidi / humidi et sicci / leuis et grauis/ duri et mollis / aliarūq̄ cōtrarietatū que in corpore sunt humano: vñ scribit̄ Sap.16. Nō herba neq̄ malagma sanauit eos: sed sermo tuus qui sanat oia. ¶ Est etiā quedā spes salutis spes euadendi machinationē inimicop. Sicut in ps. dr̄. Erue a fra. deus a me. et de ma. ca. v. m. Salua me ex ore leonis et a cop. vnicor. humi. meā. et Dan.13. Et saluatus est sanguis innoxius in illa die: sanguis sc3 Susanne de insidijs iniquorū iudicū. Et de his omnibus dr̄ in ps. Dñs cōseruet eū et vi. eū: et bī fa. eū in ter. et nō tr. adet eā in manibus inimicop eius. Dñs opē ferat illi super lectum do. eius vniuer. stratū eius v. in infir. eius. Pro hac salute liberationis a fraudibus inimicorū similiter offert et orat sacerdos dicens. Pro spe salutis et incolumitatis sue. ¶ K Sequitur [Tibiq̄ reddunt vota sua eterno deo viuo et vero]

Hec est tertia particula partis quarte: in qua vt deus exaudiat ibona cop p quibus petitur allegātur. vnde dicit̄. Memento dñe illop p quibus tibi offerimus sacrificiū laudis qui tibi reddūt vota sua / id est deuotionē vel affectionem suam vel bona opera sua. ¶ Sed hic sunt duo dubia. Primū circa porem tertum/ cū dicit̄. 2. Cor.12. Uirtus in infirmitate perficitur. Et cū infirmor tūc potens sum. Quid est q pro corporis incolumitate offertur sacrificiū ab ecclesia. Rñdet Alexā. vt infirmitati nostre cōdescendens nobis occasionem impacientie pcludat: et cōseruata vel reddita sanitate gratiarū actiones domino referamus ¶ Scdm dubiū circa pñtem textū. Cum nostra donemus et aliena reddam': qūo vota si sua sunt reddunt fideles et non potius donāt. Et si reddūt quo sua sunt et nō potius aliena: Respondet Innocen. et Alexan. Uotū et generaliter opus bonū/ et hominis est et dei. Dei ppter auctoritatē gratie Hominis ppter libertatē arbitrij. Propter qđ dicit aplus .1. Cor.15. Non aūt ego sed gratia dei mecū. et .1. Cor.3. Coadiutores sumus dei. Et hō confirmat beatus Augustinus sup illud ps. Adiuua nos deus salutaris noster. dicens. Hoc verbo ait salutar/ noster/ satis exponit: quaz pauper tatem voluit intelligi in hoc q dixit. Quoniam pauperes sumus nimis. Ipsa quippe est infirmitas cui salutaris est necessarius. Cum vero adiuuare nos vult: nec ingratus est graue/ nec tollit liberum arbitrium. Qui em̄ adiuuatur ipse etiam per seipsum aliquid agit. Cōcordat Magister li. 2. dist.27. dicens. Ex gratia incipiunt bona merita: et cum ex gratia sola esse dicuntur/ non excludit̄ liberū arbitriū: quia nullū meritū est in hoie/ qđ non fit per liberū arbitriū. ¶ L Pro cuius intellectu aduertēdum/ q in actu meritorio duo est cōsiderare. Primū est ipsa substantia siue realitas actus. Scdm acceptabilitas actus. Substantia actus est a libero arbitrio seu volūtate simul et a gratia: qz gratia et voluntas sunt due cause partiales/ et vna causa totalis actus illius. Uoluntas tamen est causa pncipalior: qz volūtas habet rōnem potentie. Gratia rōnem habitus. Potentia aūt vtit̄ habitu et nō ecōuerso. Et preterea ille actus liber dr̄ quantū ad suū pduci. Hec aūtē libertas est a volūtate non a gratia vel charitate: quia hec est qualitas quedam naturaliter actiua sicut calor in igne vel alia qualitas quecunq̄. Ex hiis duobus surgit pncipalitas quo ad volūtatē respectu substātie actus eliciti. Acceptabilitas

aūt ipsius actus meritorij similr̄ est a volūtate ⁊ etiā a charitate. Nō em̄ actus quicunqȝ a deo acceptare in ordine ad beatitudinē cōferendā / nisi sit libere a voluntate elicitus. Neqȝ tn̄ hoc sufficit: ꝟ oportet ꝙ hoc sit s̄m īclinationē charitat̄. Que q̄ rō ponit̄ merendi / ip̄a est causa principalior q̄ ad acceptabilitatē: ⁊ hoc ex ordinatione dei plus acceptātis actū: q̄ est a charitate inclināte q̄ȝ q̄ est a potentia eliciente: q̄uis vtrūqȝ requiratur. Et ꝓ illo facit dictū beati Aug. in de lib. ar. Grā se habet ad liberū arbitriū sicut sessor ad equum. Idē in epistola ad Sixtū: Volūtate inquit cōcomitāte nō ꝑueniente / pedissequa nō dn̄a bō meretur. Et ibidē. Quid est hōis meritū ante gratiā / cū omne bonū meritū nostrum nō in nobis faciat nisi gratia? In quib⁹ verbis videt̄ ꝑncipalitatē in merito attribuere grē / q̄uis non secludat voluntatem. Sunt ḡ vota ⁊ bona merita nostra et dei: nostra vt dictū est ex lib. ar. Dei ex gratia ad ipsa inclināte. Cōgrue igit̄ dr̄: q̄ tibi reddunt vota q̄si tua ex gratia. Cōgrue etiā subiungit̄ vota sua ex volūtate: q̄ quasi libere elicita. Libere em̄ erit voluntas in opera talia sicut in quecūqȝ alia. Hinc ait ꝓpheta: Anima mea in manibus meis semꝑ quo ad operari / sed nō quo ad esse: q̄ sic a solo deo est. Et illud Eccl̄i. 15. Deus ab initio ꝯstituit hoīem / ⁊ reliquit eum in manu consilij sui: adiecit ei mandata ⁊ p̄cepta. Sequit̄: Apposuit tibi aquā ⁊ ignē ad qd̄ volueris porrige manū tuam Ante hoīem vita ⁊ mors: bonū ⁊ malū qd̄ placuerit ei dabit̄ illi. Ex quib⁹ satis intelligi dat̄ ꝙ opa hoīs in ipsius sunt ptāte. ¶ M Sequit̄ [ Eterno deo viuo ⁊ vero ] Alexan. Dij dicuntur ⁊ homines ⁊ demones ⁊ simulachra vel imagines: ꝟ homines adoptione / demones vsurpatione / imagines nūcupatione. Per adoptionē vt ibi: Ego dixi dij estis ⁊ filij excelsi oēs. Ps̄. 81.: Exodi. 7. Moysi dictū est cōstituite deū pharaonis. Per
Ps̄. 95. vsurpationē / vt ibi omnes dij gentium demonia Hi deitatē sibi vsurpant: hoc est gl̄iam dei debitaȝ. Vn̄ Mat. 4. Sathan dixit Christo hec tibi dabo si ꝓcidens adoraueris me: scȝ latria adoratione vt deū. ⁊ Esa. 14. In celuȝ ascendam super astra celi exaltabo soliū meū. Ascendā super altitudinē nubiū ⁊ ero similis altissimo. Per nuncupationē appellarūt deos opera manuū suarum lapides scȝ ⁊ ligna. ⁊c̄. De q̄bus Sap̄. 13. Infelices aūt sunt ⁊ inter mortuos spes illoꝝ est qui appellarunt deos opera manuū suarū. Et in psal. 113. Simulachra gentium argentū ⁊ aurū opera manuū hominū. Os habent ⁊ nō loquent̄: oclos habent ⁊ non videbunt. Primi sunt veri ⁊ viui / sed nō eterni. Nā de eis dr̄ in ps̄. 81. Vos autem sicut homines moriemini: ⁊ sicut vnus de principibus cadetis. Secundi sunt viui / sed nec eterni nec veri. Non eterni / quia mutabiles: licet q̄ ad finis carentiā sunt ꝑpetui. Eternus em̄ esse nō potest nisi imutabilis tam substantialiter q̄ȝ accidē-
Eternitas qd. taliter: Nam s̄m Boe. 5. de conso ꝓsa vlti. Eternitas est interminabilis vite tota ⁊ siml̄ possessio. Quod soli deo cōuenit: q̄ est q̄cquid esse pōt: nec transmutatiōe aut vicissitudine variat̄. Jacob. 1: Apud quē nō est transmutatio nec vicissitudinis obumbratio. Neqȝ veri sunt qui in veritate non steterunt. Nā ab initio homicida erat / ⁊ in verita- Job. 8.
te non stetit: ⁊ veritas non est in eo. Tertij nec veri sūt nec viui nec eterni: q̄ nec veritatis capaces / q̄ surdi ⁊ muti. Nec sensu ac intellectu p̄diti: nec incorruptibilitate dotati. Ad hoꝝ omniū exclusionē dr̄. Tibi deo eterno viuo ⁊ vero. Solus em̄ deus ꝑ essentiā est deus eternus viuus ⁊ verus. Esa. 44. Absqȝ me nō est deus: imo est eternitas ipsa vita ⁊ veritas. Cui neqȝ vita neqȝ virtus neqȝ eternitas accidere potest: quia simplex ⁊ incōpositus: ⁊ nulli oīno cōponibilis. Ens oīno primū ⁊ independens: ens necessarium: ens perfectissimum. Hinc ab alio esse non capit. De cuius eternitate dr̄. 1. ad Thim̄. vlti. Qui solus habet immortalitatē. Glo. vera imortalitas vera est eternitas. De vita. iij. Regū. 17. Viuit dn̄s in cuius cōspectu sto. De veritate Roma. 3. Est aūt deus verax: omnis homo mendax. ¶ N Vel dicitur deo eterno vero ⁊ viuo ad innuendū ꝙ tres persone diuine operātur in hoc sacramēto. Licet em̄ hec tria appropriata ꝑsonarū / eternitas / veritas / vita sint cōmunia omnib⁹ trib⁹ ꝑsonis: quia eternus pater / eternus filius / eternus spiritussctūs. Sic verus ⁊ viuus pater / verus ⁊ viuus filius / verus ⁊ viuus sp̄ūssanctus: tamē per appropriationem quādā eternitas patri attribuitur: q̄ ꝑncipium est sine ꝑncipio origināte. De quo in symbolo Athanasij dicitur. Pater a nullo est nec factus nec creatus nec genitus. Sunt autem a patre omnia / filius per generationē / sp̄ūssanctus ꝑ spirationem: cetera cuncta per creationē. Veritas appropriatur filio quia procedit per modum intellectus vt verbum ad quem pertinet veritas. Vn̄ ⁊ de seip̄o Job. 14. Ego sum veritas. Et ꝓpheta de filio loquens ait. Veritas de terra orta est. Vita appropriatur spirituisancto: quia procedit per modū voluntatis ad quem specialem ordineȝ habet vita: vt dico sp̄ūalis. Unde in symbolo Niceno dicitur: Et in sp̄ūmsanctū dominū viuificantē. Operat̄ aūt pater transsubstantiationē panis ⁊ vini in corpus ⁊ sanguinē Christi: q̄ hō fieri nō potest nisi per infinitā potentiā que patri appropriat̄. Ordinat filius ꝑ sapientiā vt sint sub speciebus humano vsui cōuenientibus panis scȝ ⁊ vini. Sp̄ūssanctus confert grām digne sumentibus per suā clementiā vt recte dicatur eucharistia: quod est interpetratuȝ bona gratia. Et licet hec obsecratio: vt dicit Inno. ⁊ Alexan. specialiter dirigatur ad patrē ꝓpter auctoritatē ꝑncipij: vt dictū est / s̄m ꝙ ip̄e fili⁹ docet nos orare. Mathei. 6. Pater noster qui es in celis. ⁊c̄. Propter quod etiā in ꝑncipio canonis dr̄. Te igitur clemētissime pr̄ per Jesum Xp̄m dn̄ȝ nr̄. sup. rogamus ac peti. tū indiuidue trinitati sacrificium laudis

offertur/tam scz patri q̄z filio q̄z spūiscō: quoꝝ sicut indiuisibilis est maiestas/sic ꝛ indiuisibilis adoratio. Iuxta qḋ ṽitas dr: Ueri adoratores adorant patrem in spū ꝛ veritate. i. in filio ꝛ spūsancto quia pater essentialr est in filio: ꝛ filius naturalr in patre: ꝛ spūsſ. subalr in vtroq̄z. Sm̄ hoc q̄ offertur laudis sacrificiuz deo eterno. i. deo patri. deo ṽo. i. deo filio: deo viuo. i. deo ſſ. q̄ lz sint tres in ꝑsonis: vnus tn̄ sunt de⁹ in eēntia q̄ est indiuidua trinitas: cuius indiuisa est adoratio q̄ spēalr in hoc sacrificio exhibetur.

## Lectio. XXX

Communicātes et memoriā venerantes. ¶ Hec est pars secūda ꝑncipalis totius canonis. In q̄ post petitōem bn̄dictōis appositoꝝ munerū ꝓ tota eccl'a offerendoꝝ in p̄cedēte ꝑte pmissā ponit sanctoꝝ inuocatio: quoꝝ p̄cibꝫ ꝛ meritis eorūdem donoꝝ nobis a deo facta est collatio. Et diuidit in duas ꝑtes. In ꝑma sanctoꝝ ꝯmemoratio ꝑmittit. In secunda ꝑ eoꝝ p̄ces ꝛ merita supplicatio subinfert ibi/quoꝝ meritis. Prima ꝑs subdiuidit in ꝑticulas quattuor. In ꝑma tangit sctōꝝ cōis memoria venerabilr. In scd̄a fit memoria glose ṽginis Marie ꝑmo ꝛ ꝑncipaliter/ibi In ꝑmis. In tertia exꝑmunt quorundaz apostoloꝝ ꝛ martyꝝ noīa spēalr/ibi: Sed ꝛ beatoꝝ. In quarta additur omniū sanctoꝝ memoria generaliter/ibi: Et omniū sanctoꝝ tuoꝝ. ¶ Circa ꝑmū dr [Cōmunicantes] Pro cuius intellectu aduertendū sm̄ Innocen. q̄ extra vnitatē eccl'e non ē locus offerendi sacrificiū vnitatis. Ideo sanctoruz memoriam agimus in sacrificio quatinus in ipōrum orōne ꝯmunionem habētes sacrificium offeramus. Scriptum est eīn: Alienigena nō vescet ex eis q̄m̄ sancta sunt. Leui. xxij. Ideo solum illū ad esum hu⁹ agni recipimus q̄ nostre ꝯiunct⁹ est domui: videlz omnem domestici fidei a ꝑncipe vsq̄z ad plebeū/a pharisco vsq̄z ad publicanum. Et sanctis aūt ꝛ fidelibꝫ viatoribꝫ vna domus ꝛ ecclesia constat: vt supra habitū est. ideo ꝛ non rumpatur vnitas offerimus laudis sacrificium cum sanctis ꝯmunicantes. Cōicantes. s. in vsu ꝛ oblatione huius sacrificij cuz sanctis q̄ hoc sacrificio medio salutē ꝯsecuti sunt: q̄m̄ ipm̄ est viaticū ad vitam eternā ꝑducens. Qui mādūcat meā carnē ꝛ bibit meū sanguinē/vitam eternā habebit. Ioā. vj. Cōicātes dixi in vsu: qꝛ de sanctis dr q̄ erāt ꝑseuerātes in doctrina aplōꝝ ꝛ in ꝯmunicatiōe fractionis panis. Act. ij. Cōmunicam⁹ igit cum sanctis in hoc sacrificio ꝑ ꝯtinuatōnem. s. qꝛ ab ipsis dum viuerent cōionem ꝛ vsum illius sacrificij accepim⁹ ꝑ ipōꝝ patrocinio in ipsa ꝑseueram⁹. Uel ꝯmunicantes in via cum sanctis sm̄ Innocenti. In vna fide quā ꝛ ipsi viatores habuerunt. Cōmunicātes ꝛ in spe qꝛ quod ipsi sperabant ꝛ nos speramus. In patria ṽo ꝯmunicabimus sanctis ꝑ rem quā ipsi hn̄t q̄n̄ eaz ꝛ nos habebim⁹. Nos siq̄dem fidem habem⁹ ꝛ spem: ipsi visionē ꝛ rem. Nos ꝑcurrimus stadiū/ipsi possident brauium. Nos pugnamus in via: ipsi triumphāt in patria. Uel sm̄ dn̄m Alb. Cōmunicam⁹ cū sctīs in sacro altaris: qꝛ qḋ illi ꝑcipiūt in rei ṽitate/nos frequētamus in sacramētali specie. Cōio em̄ est ꝑceptio vnius ꝛ eiusdē in quo vniunt q̄ cōicāt: q̄uis diuersi diuersimode illud vnū ꝑcipiāt. Sic em̄ in symbolo dicim⁹ Credo sctōꝝ cōionē. Et apl's Hebre. xiij. Bn̄ficentie ꝛ cōionis nolite obliuisci: talibus em̄ hostijs ꝓmeret deus. ¶ B Sequitur [Et memoriā venerātes] Semꝑ venerāda ē sanctoꝝ memoria. Et q̄uis multis de causis ꝯmemoratōnem sctōꝝ ꝑagit eccl'ia: vna tn̄ sufficit ad nostrum ꝓpositum: q̄ est/vt nos fragiles ꝛ mortales sctōs immortales venerātes: ipsisq̄z nos ꝯmēdātes/mereamur ipōꝝ meritis ꝛ p̄cibꝫ adiuuari/ quatin⁹ ad deum plene glorificandū eorum societati ꝯiungamur: vt sm̄ Inno. Memoriā apostolorum ꝛ martyrū: ꝛ p̄cipue ṽginis glose: vt ipōrū suffragio de fide ꝑducamur ad visionem: de spe ad rem: de stadio ad brauiū: de via transeamus ad patriā. ¶ Et dt Alexā. In hac ꝯmemoratōne sanctorū obseruat eccl'a quod antiq̄tus fieri solebat: vt in orōnibꝫ patrum memoria recoleret/q̄tinus eorum meritis suffragantibꝫ facili⁹ quod petebāt impetrarēt. Sic Moyses ꝓ ppl'o peccāte intercedens inq̄t: Recordare Abraā Isaac ꝛ Iacob seruorū tuorū. Exo. xxxij. Et post pauca seq̄t Placat⁹ fact⁹ est dn̄s. Sic Azarias i fornace succensa: Ne auferas a nobis inq̄t misc̄diam tuā domine deus noster/ꝓpter Abraam dilectū tuum: ꝛ Isaac seruū tuū: ꝛ Iacob sctm̄ tuū. Dan. iij. Dominus q̄z dixit ad Salomonē: Scindā regnum tuum ꝛ dabo illud seruo tuo: verūtamē in diebꝫ tuis nō faciā ꝓpter Dauid patrē tuū. De manu filij tui scindā illud: nec totū regnū auferā: sed tribum vnā dabo filio tuo/ꝓpter Dauid seruū meū ꝛ Hierl'm quā elegi. iij. Reg. xj. Multū q̄dem patrum merita filijs suffragāt. Un̄ cū Ezechias diuinū ꝑpstularet auxiliū/audiuit: Protegam vrbē hāc ꝛ saluabo eā ꝓpter me ꝛ ꝓpter Dauid seruū meum. iiij. Reg. xx. Nō tn̄ inuocant sancti tanq̄z datores bonorū ꝓ q̄bus oram⁹: sed vt intercessores apud dn̄m: vt eorū p̄cibꝫ adiuuemur ad ꝯsecutionē ei⁹ qḋ postulam⁹. ¶ C Sed circa hūc textū nr̄i canonis q̄ sctōrū implorāt auxilia/tres occurrūt dubitatōes. ¶ Prima: verū sctī in patria orēt ꝓ nobis existentibꝫ in via. ¶ Scd̄a: cū de⁹ ꝑ suam eternā ꝓuidentiā ꝛ oīa nouit futura ꝛ immutabilr disposuit faciēda: ad q̄d ꝓsunt sanctorum orōnes: q̄bus deum nec informare nec a statuto possunt ordine immutare. ¶ Tertia: cum sancti a nobis distātia lōgissima seiūcti sunt: quomodo oratōnes ꝛ clamores nostros ꝑcipiunt. ¶ Circa materiam ꝑme questionis fuit heresis quorundā nimia temeritate oim̄ sctōrū cultū penitus tollere volētiū: q̄ nullū sctis honorez impendi debere

mussitabant: neq͛ p͛ces vllas ad eos dirigi: sȝ nec coꝝ reliquias venerari. Huius auctor ꝛ heresiarcha primo fuit Jouinianus ꝛ Eunomius: ꝛ post hos Vigilantius. Quem errorē cum suis auctoribꝫ btūs Hiero. in ep͞la siue libello quē ꝯtra Vigilātiū quē dormitātiū noiat scripsit / egregie recitat ꝛ ꝯfutat. Tenuit itaq͛ Vigilātius hereticus / q͛ sancti in patria pro nobis non orāt: immo nullius mortui p̲ alio exaudiēdam fore orōnem. Et ideo frustra nos ad sctōs clamare p̄dicauit / ac eorum patrocinia implorare: sed vniuersoꝝ preces orōesq͛ ad solū deū dirigendas esse asserebat. Ac p̲ suo errore duabꝫ vijs argumentabat̄. s. ex diuina perfectione ꝛ ex sanctorum statu ꝛ conditione. ℭ D Ex p̄mo sic: Nam orando p̄ncipalr̄ petimus vitam eternā ꝛ alia dūtaxat inq͛tum ad illā ꝯsequēdam ordinant̄: vt grām ꝛ vite sanctitatem vt docet btūs Aug⁹ ad Probā. de orando deum. Solus aūt deus est qui btificat / solus q͛ gratiam infundit qua nos in via sanctificat: s͛m illud ps̄. Grām ꝛ gl͞am dabit dn̄s. Ideo ad hoꝝ consecutionem frustra sancti implorant̄: qui neq͛ gl͞am neq͛ grām q̄ a solo deo creant̄ ꝛ infunduntur nobis tribuere possunt: quippe ad terminū creationis nullā creatura habere penit⁹ pōt actiuitatem ℭ Deniq͛ quid opus est sanctos inuocare p̲ quocunq͛ ꝑpetuo vel temꝑali ꝯsequendo cum deus omnia solus dare sufficiat q͛ omnipotēs. Om̄ia dare velit: q͛ liberalissim⁹ ꝛ cl͞mēs pl⁹ nos amās q̄ sanctoꝝ singli: immo q̄ pariter vniuersi: quā suam dilectōem: vt Joan. iij. dr̄: in hoc ostendit deus pater q͛ filiū suū vnigenitū dedit: nec pepcit illū p̲ nobis tradere in mortem ignominiosissimam: mortē scilȝ crucis: ꝛ q͛ filium tradidit q͛ño nō oia cū illo nobis donauit: vt dr̄ ap͞lus ad Roma. viij. Iniuria ḡ q̄dam dei videt̄ ad sanctos recurrere in his q̄ dn̄s ip̄e paratissimus est donare Maxime cum frequenter dn̄s sub iuramēti attestatōne p̲misit omnia se datuꝝ q̄ ab ip̄o fidelr̄ peterent̄: Amen amen dico vobis (ait ap͞lis Joan. xvi.) Si quid petieritis patrē in nomine meo dabit vobis. Immo ad petendū nos excitat: Petite ꝛ accipietis: q͛rite ꝛ inuenietis: pulsate ꝛ aperietur vobis. Lu. xi. ꝛ Mat. xxi. Oia q̄cunq͛ petieritis in orōne credentes accipietis. Neq͛ credendū est sctōs misc͛diores fore / ꝛ ad veniam promptiores q̄ dn̄s ip̄e misc͛diaꝝ pater ꝛ deus totius ꝯsolationis ac fons ip̄e gratiaꝝ. ij. Coꝝ. i. ℭ Ex secūdo scilȝ statu ꝛ ꝯditōne sanctoꝝ sic arguunt: Sancti nobis auxiliari nec meritis possunt nec precibus. Et non ponit̄ alius subuentōnis modus a sanctis ꝛ doctoribꝫ. Non meritis: q͛ neq͛ p̄teritis neq͛ recētibꝫ: nam p̲ p̄teritis iam sufficiēter p̄miant̄: s͛m illud Apoca. xiiij. Opa eīn illoꝝ sequunt̄ illos. Nec putādum q͛ p̄mium meritis p̄cedentibꝫ sanctoꝝ correspōdens diuidat̄: ꝛ sanctis q̄ meruerūt pars cedat ꝛ pars eis p̲ quibus orāt reseruet̄. Nam vnusquisq͛ quodcunq͛ fecerit bonū recipiet a dn̄o: ad Ephe. vi. ꝛ Ps̄. lxi. Tu reddes vnicuiq͛ iuxta opa sua. Deniq͛ si non plenius s͛m merita sua p̄mium sancti reciperent: vbi promissio dn̄i: Mensurā bonā / ꝯfertam / coagitatā ꝛ supeffluētem dabūt in sinū vestꝛꝫ. Luc. vi. Immo quilibet sanctoꝝ longe amplius p̄miatur q̄ meruit a dn̄o. Cuius misc͛dia semꝑ sicut punit citra condignū (vt dr̄ Augu. sermo. v. ad fratres de heremo) ita ꝛ p̄miat vltra ꝯdignum. Non ergo videtur aiunt illi q͛ sanctoꝝ merita quoꝝ retributōem plenissimā receperunt alijs p̲ficiant: vt eoꝝ intuitu noua bona ꝯferantur. Sicut enim diuina iusticia non punit bis in idip̄m. Naum. i. Non ꝯsurget tribulatio duplex / nec diuina misericordia bis p̄miat idem meritum. Recentia quoq͛ merita quibꝫ aliquid de nouo premiantur nō habent: q͛ statum meriti excesserūt: quippe in termino sunt / non in via: nō currūt in stadio / sȝ brauium acceperūt: cursum merēdi ꝯsummarunt: fruunt̄ reposita iusticie iam corona. ℭ Et ꝑ hoc videtur probari posse q͛ nō orant pro nobis: q͛ oratio est opus maxime meritoriū. Ipsi autē nūc mereri nō possunt / igit̄ nec orare. ℭ Et ex alio idem arguit̄: Aut vident deū velle ꝯferre illud p̲ quo orant: ꝛ sic frustra fundunt p̄ces / cum videāt deum infallibilr̄ collatuꝝ quod affectant. Si vero viderint deum aut nolle aut non velle ꝯferre / nequaq̄ orabūt: q͛m ꝑ oia ꝯcordant diuine voluntati: nec vnq̄ petunt aut desiderant fieri qđ deū non factuꝝ recognoscūt. His ꝛ similibꝫ rōnibus decepti sunt dicti heretici. Decipiunt̄ ꝛ nunc nōnulli nostro tp̄e chr̄iani. Ideo p̄mo ostendenda est veritas. Scdō argumēta hec sophistica sunt soluēda. ℭ E Credendū est igit̄ firmiter ꝛ nullatenus dubitādū sctōs in patria p̲ nobis intercedere / nobisq͛ suffragari meritoꝝ prece siue voto Merito dum p̄cedētia eoꝝ merita nobis suffragant̄. Et p̄ce vel affectu / dum nostra vota a dn̄o cupiunt impleri. Et in hoc orāt p̲ nobis desiderio nō voce / dum affectuose desiderāt hec vel illa nobis a dn̄o ꝯcedi intuitu suoꝝ meritoꝝ vel affectuum. Hec est snīa mḡri in. iiij. dist. xlv. Que veritas auctoritate ōndit̄ ꝛ rōne. Auctoritate vtriusq͛ testamenti vet̄. ꝛ no. sīr ꝛ sctōꝝ patꝝ. Multa eīn ꝯtulisse dn̄m viuētibꝫ ꝑpter merita patrum dormientiū ꝛ in sinu Abrae q̄escentiū est ve. te. historia. Vn̄ ait ad Isaac dn̄s Gen. xxvi. Multiplicabo semē tuum sicut stellas celi: daboq͛ posteris tuis vniuersas regiōes has: ꝛ bn̄dicent̄ in semine tuo oēs gentes terre: eo q͛ obedierit Abraam voci mee: ꝛ custodierit p̄cepta ꝛ mādata mea: ꝛ ceremonias legesq͛ seruauerit. Et sequit̄: Noli metuere q͛ tecuꝝ sum: benedicamq͛ tibi ꝑpter seruū meū Abraā: Itaq͛ frequenter dn̄s factur⁹ bn̄ficia posteris ꝯmemorat se deū Abraā / Isaac ꝛ Jacob: vt pȝ Exo. iij. ꝛ in plerisq͛ locis alijs. Faciūt ad illō sup̄ allegata. Norūt hec certissime patres ve. te. ea ꝑpter tum orabāt dn̄m nostꝝ / patꝝ merita recēsebāt: vt sic eoꝝ suffragantibꝫ meritis facili⁹ audirent̄. Ipos deniq͛ p̲ nobis intercedere et

oꝛare expꝛeſſius eadē pagina teſtaꝛ. Nam dominꝰ volens Hieremie oſtẽdere ꝙ peccatis populi exigentibus exaudiendus non eſſꝫ ꝓ populo: ait Hiere. xv. Si ſteterint Moyſes ⁊ Samuel coꝛam me/ nõ eſt anima mea ad ꝓplm iſtū. quaſi diceret: Si hi q̄ te maioꝛes ſunt oꝛarēt ꝓ ꝓplo illo nõ audirē/ quanto minus te. Sed nihil eſſet dictu ſi nõ aliq̄ñ ſancti pro populo oꝛarent/ nec oꝛare poſſent. Simile eſſet ac ſi diceret: Si lapides intercederent non audirē/ nec te exaudiā. Preſupponit igitur dñs Moyſen ⁊ Samuelē aliq̄ñ ꝓ ꝓplo oꝛare. Item. ij. Mach. xv. dr̄ de ꝓpha Hieremia dudū defuncto: Hic eſt qui multū oꝛat pro populo ⁊ ꝓ ſancta ciuitate Hieruſalē/ Hieremias ꝓpheta dei. Ex q̄ exaudita fuerit eius oꝛatio/ ex eo quod ſequitur manifeſtū eſt. Seqꝛ eñ: Et extendit Hieremias dexterā/ ⁊ dedit Jude gladiū dicēs: Accipe ſctm̄ gladium aureū munus a deo ꝙ eijcias aduerſarios populi mei Iſrael. ¶ Ex nouo etiam teſtamẽto ad idem ꝓferri poſſunt teſtimonia: nam ſaluatoꝛ noſter ſanctus ſanctoꝝ ⁊ hꝛiſſimꝰ hꝛoꝝ ſm aſſumptā hūanitatis naturā ꝓ nobis in celo oꝛat ad patrē. Sicut apl̄s ait Rom. viij. Quia ⁊ Chꝛiſtꝰ Jeſus etiā interpellat ꝓ nobis. Item ad Heb. vij. Jeſus ſempiternū habet ſacerdotium: vnde ⁊ ſaluare in ꝑpetuū põt/ accedēs per ſemetipm̄ ad deum viuens ad interpellādū pro nobis. Joan. quoqꝫ in pꝛima cano. c. ij. ait: Hec ſcribo vobis vt non peccetis. Sed ⁊ ſi quis peccauerit/ aduocatū habemus apud patrē Jeſum Chꝛiſtū iuſtū: ⁊ ip̄e eſt ꝓpiciatio ꝓ peccatis noſtris. Cum ergo Chꝛiſtꝰ caput noſtꝝ ꝓ nobis intercedit apud patrem/ cur hoc nõ de mēbꝛis eiꝰ (hꝛis. ſ.) credamꝰ: Maxime cū hereticoꝝ argumenta magis locū habere videanꝛ in Chꝛiſto q̄ in ſanctis: tanto vtiqꝫ magis quo beatioꝛ ⁊ patris volūtatē clariꝰ recognoſcit. ¶ Intercedit aūt ꝓ nobis Chꝛiſtus/ nõ ſm naturā diuinam ſm quam equalis patri cū eo ꝯdonat petita: ſed ſm humanā ſm quam minoꝛ eſt patre: ⁊ meruit in oīb exaudiri. Nec dubium ſanctos eum in hoc imitari in celis/ ſicut eū imitati ſunt fideliter hic in terris. ¶ Pꝛobaꝛ auctoꝛ. ſctoꝝ: nam Hiero. ꝯtra Vigilantiū ſcribens/ acerrime eum repꝛehēdit: eo ꝙ ſanctos negauit ꝓ nobis oꝛare. Augꝰ etiā de verbis apl̄i ait: Iniuria eſt ꝓ martyꝛe in eccl̄a oꝛare: cuius debemus oꝛōnib ꝯmendari. Et itꝝ loquens de purgādis in ꝯſummatōe ſeculi moꝛientib: Eſtimo inquit eū quaſi ꝑ ignem trāſeuntem ſaluari meritis ⁊ intercessionib celeſtis eccl̄e: q̄ ꝓ fidelib ſemꝑ intercedit/ donec impleaꝛ Chꝛiſtus. ſ. in membꝛis ſuis. Sanctus quoqꝫ Joannes Damaſ. in ſuo. iiij. ſententiaꝝ ait: Si quis multū laboꝛat ducem inuenire q̄ ip̄m alicui moꝛtali regi adducat: ⁊ ꝓ eo ad ip̄m verbū faciat: quāto magis ſancti dei duces generis humani q̄ ꝓ nobis ad deū interpellationes faciant: querendi ſunt ⁊ honoꝛandi. ¶ Superfluum puto adducere Ambꝛoſiū/ Gregoꝛiū/ Bedā/ Bern. Magiſtꝝ/ ceteroſqꝫ innumeros in re tam manifeſta: cū eccl̄e vniuerſalis ritus ⁊ doctrina vetuſtiſſimi nos doceant ſanctos venerabiliter inuocare: cuius excellẽtiſſima eſt auctoꝛitas a qua diſſentire catholico ꝓbās non erit. ¶ B

Poteſt idem rōne breuiter oſtendi. Nā quāto q̄s ex charitate ꝓximū magꝭ diligit/ eo amplius ei ſalutem a deo ꝯferre deſiderat. Longe aūt ſcti in celo magis diligunt nos q̄ exiſtentes in terris. Nam
charitas nõ excidit in celo: ſed ꝑficitur ⁊ ꝯſummatur. Salutē aūt alteri deſiderare a deo/ eſt ꝓ eo intercedere: vt dictum eſt. Itē cõſtituti in terris iubemur multiplici ſcripture exhoꝛtatōne ꝓ nobis mutuo oꝛare: ſicut ait Jacobꝰ. v. Oꝛate ꝓ inuicem vt ſaluemini. Qđ ⁊ ſollicite fecerunt apoſtoli: nā ardentiſſime ꝓ alijs oꝛauerunt: ⁊ alioꝝ oꝛatōnes ꝓ ſe fieri poſtulabant: vt pꝫ tranſcurrenti epiſtolas Pauli: ⁊ recte: quoniā teſte Jacobo vbi ſupꝛa Multū valet oꝛatio iuſti aſſidua. Multum per oēm modum: qm̄ oꝛauit vnus homo Moyſes/ ⁊ ſexcentis milib pugnatoꝝ veniam impetrauit. Oꝛauit Helias ⁊ celū clauſit ne plueret annis tribus ⁊ mēſib ſex. Rurſus oꝛauit ⁊ pluuiā largiſſimam arētib/ terre ⁊ hominib impetrauit. iij. Regū. xvij. ⁊ xviij. Sed ⁊ dñs amicis Job/ q̄ recta locuti nõ fuerāt/ ꝑcepit vt ad Job ſe ꝯferrēt: petentes quatinꝰ ꝓ eis offerret ſacrificiū ⁊ oꝛaret/ vt nõ īputareꝛ eis ſtulticia eoꝝ. Sic Stephanꝰ oꝛans ꝓ ꝑſecutoꝛib/ Paulo ꝯuerſionē impetrauit. Et Paulus oꝛās. 276. ſuis cõnauigantib vite ꝑſi/ dio fuit. Et ſic eſt videre de innumeris q̄ in carne viuẽtes alijs oꝛādo bñficia plurima impetrarūt. ¶ H Et mira hereticoꝝ hebetudo/ cum viuos ꝓ ſeſe fructuoſe oꝛare concedunt: vtpote coacti apertiſſimis vtriuſqꝫ legis teſtimonijs/ idipſum negent de beatis q̄ certiſſime apud deum potentioꝛes ſunt effecti/ quo ꝑſentioꝛes ac beatioꝛes: dicente dño de eis: Qui minoꝛ eſt in regno celoꝝ/ maioꝛ eſt illo. ſ. Joāne baptiſta. Mat. xj. Si ergo adhuc in carne infirmi ⁊ mutabiles in via conſtituti: ⁊ ideo ꝓ ſeipſis ſolliciti oꝛōnib ſuis ceteris ꝓfuerūt: quāto magis foꝛtes facti ſalutis ſue ſecuri: in patria ciues ⁊ domeſtici dei conſtituti: in charitate quoqꝫ fraterna conſummati/ ꝓ fratribus in via relictis inſtanter ⁊ votis ⁊ meritꝭ laboꝛabunt. ¶ Hanc rōnem hꝛis Hiero. contra Vigilantiū tāgit/ cum ait: Apoſtoli ⁊ martyꝛes adhuc in coꝛꝑe conſtituti poſſunt oꝛare ꝓ ceteris: q̄ñ ꝓ ſe adhuc debent eſſe ſolliciti: quāto magis poſt coronas ⁊ triūphos. Oꝛauerunt in via exiſtentes ⁊ poſtq̄ cum Chꝛiſto eſſe ceperūt minus valebūt: Tunc oꝛa clauſuri ſunt: ⁊ ꝓ his q̄ in toto mundo euangelio crediderunt mutire nõ potuerunt: q̄ſi diceret: Nullo modo hoc credendū eſt: ⁊ beatus Bernar. in ſermone de vigilia apoſtoloꝝ Petri ⁊ Pauli: Qui potens erat inquit in terra potentioꝛ eſt in celis ante faciem dñi dei ſui. Sicut dum adhuc viueret miſertus eſt peccatoꝛibus/ ⁊ oꝛauit pro eis. Nunc tanto amplius/ quanto verius cognoſcit miſerias noſtras oꝛat pꝛo nobis pa

Margin notes: 1. Coꝛ. 13 (beside "charitas nõ excidit in celo"); Exo. 32 (beside "ſexcentis milib pugnatoꝝ"); Job. vlt. (beside "gū. xvij. ⁊ xviij."); Act. 27. (beside "Paulus oꝛās. 276.")

trem: qꝛ illa beata patria charitatē eius nō minuit sed augmētauit. Et similia multa ponit in scriptis suis. ¶ I Demū ex facto eadem veritas nō tam colligit͛ q̄ palā oculis exhibet͛. Quis dinumerare sufficit quanta beneficia p̄stita sunt in terris ad deuotā sanctoꝝ inuocatōem ꝛ reliquiarū veneratōem: ꝙ si nō sufficiant ꝓbatissime historie fides adhibeat͛ beato August. xxij. de ciui. dei. c. viij. vbi. xxv. miracula recitat q̄bus ip̄e vt plurimum interetat: inter q̄ ꝛ mortuoꝝ suscitatōnem ꝯnumerat/ q̄ martyꝝ intercessione a dn̄o sunt exhibita. Neq3 de⁹ q̄ erroris auctor esse non pōt talia p̄staret male petentib⁹/ his scꝫ q̄ sctōs inuocarent: si inuocandi non essent. Operosissima deniq3 ecclesiaꝝ ꝛ monasterioꝝ edificia in memoriam sanctoꝝ/ ꝓpter impensa mortalib⁹ bn̄ficia eoꝝ auxilia petentib⁹ constructa/ p̄dicte testimonium perhibent veritati. Unde manifestū est q̄ temeraria ac blasphema est heresis eam negantiū. Qui cū honore glo͛se v̄gini omnibusq3 patriarchis/ ꝓphetis/ aplis/ martyrib⁹/ ꝯfessorib⁹/ v̄ginib⁹/ ꝯtinentibus/ omnibusq3 debitum electis tollere conant͛: etiam dn̄m q̄ in sanctis suis in q̄bus tot opat͛ mirabilia laudat͛/ impie non desinut blasphemare.

¶ R Per hoc ad ratōnes ꝓ heresi inductas. Ad p̄mam dum arguūt ex diuina p̄fectōne ꝓpter quam solus de⁹ beatificat in patria ꝛ gratificat i via. Dicendū ꝙ lꝫ deus solus gl̄am donet ꝛ gratiam creet: nec sancti effectiue cōcurrant concreando. Possunt tamē ꝯcurrere impetrando ꝛ orando/ vt deus beatificet vel gratificet sine quoꝝ oratione/ tali pro quo oratur/ nec beatitudinē conferret nec grām: sicut amicus p̄ncipis impetrat quādoq3 alteri donū a p̄ncipe respectu cuius tamen impetrans nullā habet actiuitatē: qđ nihilominus p̄nceps nō daret/ nisi amic⁹ talis orādo impetraret. Non ergo frustra imploram⁹ sctōs q̄s nō vt creatores gratie siue bt̄ificatores inuocam⁹ sed vt mediatores quoꝝ meritis ꝛ intuitu nobis deus ꝯfert que ex nostris accipere sumus minus digni. ¶ Et ꝙ consequenter arguunt: Deum solum ad oīa ꝯcedenda sufficere ꝛc. Nihil concludunt. Deus em̄ q̄ omnia efficere ꝛ p̄stare pōt sine ꝯcursu cuiuscunq3 cause secūde in genere cause efficientis: non sua necessitate vel indigētia: sꝫ gratiosa ꝛ suaui volūtate admittit ꝯcursum creature ꝯcausantis in multis actionib⁹ suis. Quandoq3 ad terminū ip̄m ꝓductōnis: vt in generatiōe naturali/ puta ignis ex igne ꝛc. Quandoq3 ad dispositōnem eius quod recipit effectum productū ꝑ creatōem: vt in ꝓductōe hominis ex patre ꝛ matre: lꝫ ad anime creatōem naturalis virtus parentum non attingat actiua: sed tm̄ ad materie dispositōem corporis scꝫ formatōem/ cui anima īfundenda est q̄ a solo deo creat͛: quo tn̄ corpe nō formato nullaten⁹ aīa a deo crearet͛. Qnq3 ad mediandū inter se deum datorē ꝛ hoīem accipientē. Sic Moyses (Deute. v.) sequester ꝛ medius fuit inter deū ꝛ populū: vt sic suauiter inferiora reducat ad sup̄iora ꝑ media: vt dt Diony. in de angel. hierarchia. c. iiij. Sicut ergo inferiores talis ordinis angelos illuminat ꝑ sup̄iores: ꝛ nonnunq̄ ꝑ angelos homines: ita placuit viatores ad se reducere mediātib⁹ intercessione ꝛ auxilio beatorū. Nec ita agendo minus diligit q̄ sancti vt hereti ci assumunt: sed ex summa ꝛ ordinatissima charitate hec ita disponit sua sapiētia infinita: qua nō solum fortiter ac potenter/ sed etiā suauiter oīa prout nouit vnicuiq3 ꝯuenire ministrando a fine vsq3 in finem attingit. Sap. viij. Magna quippe dignitas creature ꝛ magne charitatis indiciū in creatore est/ ꝙ suis amicis hanc ꝯtulit potestatē vt auxilio eis esse possint ad salutē q̄ huius ꝑ sua indignitate minus sunt capaces. Sicut est videre in humana republica: in qua rex qđ dare vult vult nōnunq̄ ꝑ intercessionē alicui⁹ dare alicui q̄ nō esset statim dignus exaudiri. Peccatorib⁹ deniq3 singularis est consolatio/ q̄ ad sanctoꝝ interpellatōem qn̄q3 magis animant͛ q̄ iudiciis: quorum etiā sanctitatis defectū supplere pt probitas aliena. Sic loquit͛ btūs Bernar. in s͛mo. de beata v̄gine/ cuius p̄ncipiū est: Signū magnū circa p̄ncipium. Prudentissim⁹ ꝛ clemētissim⁹ artifex qđ quassatū fuerat non ꝯfregit: sed vtili⁹ oīno refecit vt videlꝫ nouū Adam formaret ex veteri ꝛ Euam trāsfunderet in Mariā. Et q̄dem sufficere poterat Christ⁹/ siq̄dem ꝛ nūc oīs nostra sufficientia ex ip̄o est: sed nobis bonū non erat hominē esse solum. Et seq̄tur: Fidelis plane ꝛ ꝑpotēs mediator dei ꝛ hoīm̄ū homo Christus Jesus: sꝫ diuinam in eo verent͛ homines maiestatem. Absorpta videt͛ in deitate humanitas: non ꝙ sit mutata substantia/ sed affectio deificata. Non sola cantatur illi mis͛cdia/ cantatur pariter ꝛ iudicium. Quia ꝛ si didicerit ex his que passus est ꝯpassionem vt misericors fieret: habet tamē ꝛ iudiciariā potestatem. Deniq3 deus noster ignis consumēs est. Quid ni vereatur peccator accedere/ ne quemadmodū fluit cera a facie ignis: sic pereat ip̄e a facie dei. Opus est ergo mediatore ad mediatorem istum: nec alter nobis vtilior q̄ Maria. Hec ille.

¶ R De eo ꝙ arguunt ex statu ꝛ ꝯditione sanctoꝝ/ dr ꝙ nobis subueniunt meritis ꝛ voto siue p̄ce. Meritis dico preteritis ꝛ recentib⁹. Preteritis: meruerunt enim in via vt bona conferantur non modo sibi sed ꝛ aliis. Cum enim meritum nihil aliud est q̄ aliquid acceptatū ab aliquo in ordine ad bonum retribuēdū alicui. Meritū qd Summa autem dei liberalitas opera bona sanctorum in via existentiū facta ad honorem dei acceptauit/ vt nō solum ad summa bona sanctis retribuenda etiā longe huiusmodi merita excedentia: sed etiā ad multa bona in via vel patria aliis tribuenda: qui per nouum voluntatis actum illud bonum sibi applicant ꝛ faciunt quasi suum: ita ꝙ summa dei liberalitas non solum minori bono tribuit mai⁹ bonum: sed etiam plura bona/ dum meritū nō solum merenti/ sed et aliis ad ipsum recurrenti-

bus ꝓficiat. Sētētia est Sco. dist. 18. lib. 3. Sic est videre in simili: nam princeps aliquis militē ꝓpter actū strennuū ⁊ multū sibi gratū non solū abundanter remunerat: sed etiā ꝓpter eius fauorem aut p̄ces alijs bn̄ficia impendit. Sic Nabuchodonosor nedū Danielē somniū qđ aufugerat sibi narrantē fideliterq̄ interp̄tantē in sublime extulit: munera multa ⁊ magna dedit: ⁊ sup oēs ꝓuincias Babylonis p̄ncipē ac magistratū ⁊ prefectū cōstituit super cunctos sapientes: quo vtiq̄ eū liberaliter ⁊ magnifice remunerauit. Sȝ etiā ad verbū eiꝰ socios suos Misac/ Sydrach/ ⁊ Abdenago p̄fecit sup opera ꝓuincie Babylōis vt habetur Dan̄. 2. Itaq̄ sc̄ti plenissime ⁊ liberaliter a dn̄o recipiunt longe plus q̄ meruerūt: puta pro actu vel passione horaria bonū sempiternū / ⁊ ꝓ merito finito p̄miū obiectiue infinitū summū scȝ bonū: nihilominus tn̄ dn̄s in tantam sui eos recepit amicitiā: vt etiā beneficia donare velit alijs ad ipsos sanctos recurrentibꝰ. Nec propter quoscunq̄ aut quotcūq̄ / quibꝰ sanctoꝝ succurrūt merita minus sanctis retribuit vt isti falso imaginātur. Nec est simile qđ adducūt de diuina iusticia ⁊ misericordia que punit citra condignū: nec punit bis in idipsum/ ad bonū intellectū quē tradit Magister di. 15. li. 4. Sȝ mis̄cdia premiat vltra condignū: ideo nō solū maiora sed etiā plura bona retribuit: vt dictū est. Hinc scribitur Exo. xx. Ego sum deus zelotes visitans iniq̄tates patruȝ in filios in tres ⁊ q̄ttuor generationes eoꝝ q̄ oderunt me: ⁊ faciēs mis̄cdias in milia his q̄ diligūt me ⁊ custodiūt p̄cepta mea. Sic plenissime Abraam remunerat̄ ꝓ obediētia qua filium obtulit: ⁊ tn̄ multa ꝓpter hanc ꝓmisit dn̄s/ ⁊ exhibuit semini eius. Gen̄. 22. Ita de Dauid ⁊ plerisq̄ alijs.

b Hec est pars tertia canonis principalis in qua postq̃ʒ in parte scḋa precedenti/ posita est sanctoꝝ inuocatio: quoꝝ meritis ꝛ precibus dona nobis a deo conferunt̃. In ista parte petit̃ acceptatio oblatiõis ac sacrificij: qua electi a ꝓfi dis/ ac oblatiões placide a displicẽtibꝫ discernuntur. Et diuidit̃ in tres ꝑticulas ẜm tres petitiones quas ꝑ illas cõplectit̃. In prima petit̃ qḋ dictũ est q̃tũ ad oblationẽ generaliter. Scḋo petunt̃ sacrificãtibus cõmoda tꝑaliter ꝛ eternaliter. Tertio petit̃ oblatiõis ꝑfectio q̃tũ ad finẽ principalem/ q̃ est trãssubstãtiatio specialr̃. Secũda ibi Diesq̃ʒ nr̃os. Tertia ibi. Quã oblationem. ¶ In ꝑma pte dicit [Hanc igitur oblationẽ seruitutis nostre: sed ꝛ cuncte familie tue quesumus domine vt placatus accipias] Dicit [igit̃] ad denorãdum ꝙ hec ps est conclusio huius qḋ ꝑmissum est .q.d. Igit̃ q2 nõ est locus offerẽdi sacrificiũ vnitatis extra vnitatẽ ecclesie: sanctoꝝ memorie cõicantes: ꝛ in eorũ cõione sacrificiũ offerẽtes: q̃ ritũ huius sacrificij nobis tradiderunt ꝛ ipm̃ offerendo grãm ꝛ misc̃diam cõsecuti sunt: rogamus quatinus eis intercedentibꝫ [hanc oblationẽ] hec dona/ hec munera/ hec sancta sacrificia illibata [seruitutis nostre] quã scʒ facimus in vero cultu soli deo debito [Sed ꝛ cũcte familie tue] scʒ sub crucis vexillo ac milicie christiane militantis [quesumus dñe] deus opĩe ꝛ clementissime pater [vt placatus] meritis ꝛ ꝓcibus btissime ꝟginis Marie/ sctõꝝ aplõꝝ/ martyrũ/ ꝛ oĩum electorũ tuorũ [accipias] .i. gratãter acceptes. ¶ B ꝯ dr/ nr̃e ẜuitutis/ dr ꝓ clero ẜm Alber. ꝛ qḋ sequit̃/ ꝛ cũcte fa. tue/ addit̃ ꝓ laico pplõ. Sic enĩ ẜuitus regis in cubiculariis ꝛ dapiferis/ pincernis/ marscalcis ducibus/ ꝛ aliis regalis aule ministris: ita est seruitus dei in templo ad oblationis consecrationẽ ordinatus: scʒ ianitoꝝ/ ceroferarioꝝ/ exorcistarũ/ acolitorũ/ lectorũ/ subdiaconorũ/ diaconoꝝ/ ꝑsbyterorũ/ epoꝝ. ꝛc̃. q̃ ẜuitus theosebia ꝛ dei cultus dr. De q̃ lec. 18. Et sicut victoria nõ est regis tm̃ sꝫ oim̃ q̃ in ẜuitute reg' ad victoriã aliqḋ cõferũt. In exercitu enĩ regis vnus exercitui codnat: alter arma parat: tertius sellat equos: q̃rtus parat milites: q̃nt⁹ ordinat acies: pugnat sext⁹: refrenat ꝑcedẽtes septim⁹: octauus postremos ad adiutoriũ ꝑmoꝝ recuruat. Et victoria est ꝑ modũ diuersum oim̃ illorũ: ꝛ q̃cunq̃ʒ illorũ defuerit rex victoriã nõ cõsequet̃. Ita in oblatione ianitor tẽplũ in q̃ fit oblatio mundũ custodit. Ceroferarius tenebras visibiles ꝛ inuisibiles repellit. Exorcista vis demonis excludit/ ne cõicantes a cõionis perceptione impedire possit. Acolitus virtutẽ fidei exponit. Subdiaconus materiã immolandarũ hostiarũ ad sacrĩm suggerit. Diaconus oblationi ꝛ pallas corꝑalis in altari disponit. Sacerdos aũt vt perfectior sctitatis oblationẽ ꝑficit: ꝛ ideo oim̃ clericorũ est aliq̃ mõ oblatio. Et h̃ attẽdens btũs Greg. dicit. Hãc igit̃ oblationẽ ẜuitutis nr̃e/ h̃ est ad cuius ꝑfectionẽ tota nr̃a ordinata est ẜuitus. [Sed ꝛ cũcte familie tue] Hoc ꝓ laico pplõ additũ est: q̃ (sicut dictũ est) voto cõcurrit ad hanc oblationẽ/ ꝓ q̃to sacerdos personã totius ecclie cuius ipsi ꝑtes sunt ꝛ mẽbra gerit: de q̃ Cant. 6. Terribilis est ecclia vt castrorũ acies ordinata. ꝛ Gen. 32. Castra dei sunt hec. Et ẜm hoc exponit Alber. qḋ subdit̃ [Quesumus dñe vt placat⁹ accipias] scʒ seruitute cleri ꝛ voto totius populi: accipias/ vt prius. .i. acceptã habeas: ꝓ oibus scʒ ꝓ quibꝫ tibi offertur. Malach. 3. Placebit deo sacrificiũ iuda ꝛ Hierl'm sicut dies seculi ꝛ sicut anni antiqui. Juda enim qui interpretatur confitẽs ꝛ glorificans significat clerum confitentem confessione veritatis in predicatione ꝛ glorificatione In laude autem Hierusalem populum significat: cuius sacrificium placet per acceptationem deo/ sicut dies seculi: hoc est sicut sacrificium a diebus seculi a sanctis oblatum. Et placet sicut anni antiqui qui sunt anni eterni qui non deficiunt: hoc est sicut acceptum est ab eterno in preordinatione dei. Hec dñs Albertus. ¶ Petitur autem

m iiij

acceptari hoc sacrificiũ nostrorum nõ quantum est ex parte sacrificij in se: quia illud deo displicere nõ potest. Hic enim sacrificatur filius: de quo paterna vox ait: Hic est filius meus dilectus in quo mihi bñ complacui. Mat. xvij. Sed petitur acceptari quantum est ex parte ministrorum ecclesie. quia quandoque accepta non est: quia indigne hoc sacrificium tractant et offerunt. Unde de talibus dicitur Hiere. xj. Quid est quod dilectus meus in domo mea facit scelera multa. Nunquid carnes sancte auferent a te malicias tuas in quibus gloriata es. ¶ E [Diesque nostros in tua pace disponas] Ista est pars secũda partis tertie principalis/in qua sacrif. cantibus commoda petuntur. Et primo temporalia/secundo eterna: que sunt liberatio a dãnatione/et associatio electorum glorie. Et has tres petitiones beatus Grego. in canone dicitur addidisse secundum Innocen. vnde petit sacerdos: Diesque nostros in tua pace disponas. O domine per eum qui pro nobis traditus est in manus eorum qui pacem oderunt. [Atque ab eterna damnatione nos eripi] scilicet iubeas Per eum qui pro nobis temporali morte damnatus est. [Et in electorum tuorum iubeas grege numerari.] Per eum. s. qui pro nobis deputatus est cũ iniquis. In his tribus profitetur ecclesia in deo esse vniuersale et supremum dominiũ/quo ad triplicem mundi machinam/hoc est quo ad omnes creaturas. Per primum. s. dies nostros et cetera. recognoscit ipsum dominum in terris. Per secũdum/Atque ab eterna: profitetur ipsum dominum in inferis. Per tertiũ Et in electorum et cetera. profitetur ipsum dominum in celis. Et petuntur in his tribus duo secundum dominum Alber. Unum pertinens ad tempus: aliud pertinens ad eternitatẽ. Ad tempus pertinet illud quod dicitur: Diesque nostros. s. huic vite concessos in quibus multa turbantia oriuntur: secundum illud ad Ephe. v. redimẽtes tempus: quoniam dies mali sunt. In tua pace: quia illa sola secura est. Disponas: quia tue solius sapientie est mala futura preuidere.

¶ Hinc Inno. et Alex. quadruplicẽ pacem distinguunt. s. pacem peccatorum fugiendam: pacẽ temporis que indifferẽs est: de per se non mala: et ideo acceptãda. Pax iustorum: et hec duplex. s. pax pectoris et pax eternitatis: et hec desiderãda. Sed de his infra latius circa periculam: Pax dñi sit semper vobiscum. ¶ Ad eternitatẽ pertinẽt duo que sequuntur Unum eterni mali deuitatio: aliud eterni boni adeptio. Quo ad primum dicitur: ab eterna damnatione nos eripi. Quo ad secundũ: Et in electorum tuorum iubeas grege numerari. ¶ D Rationabiliter autem petitur ab eterna damnatione liberatio/propter tormentorum et penarum immanitatẽ: que dãnatis perpetuo infligitur secundum corpus et animam. Corpus quidem penis varijs quo ad oẽs sensus afficitur: anima secundum oẽs suas potentias cruciatur. Nam quo ad visum ẽ ibi luminis priuatio quod delectabile est oculis videre: secundum illud Eccẽs. xj. Dulce lumẽ et delectabile ẽ oculis videre solem. vnde Mat. xxij. Ligatis manibus et pedibus proijcite eum in tenebras exteriores. et Sap. xvij. Ignis quidem nulla vis poterat illis lumen prebere. Nec syderum limpide flamme illuminare poterãt illam noctem horrẽdam. Est et aliud crucians visum fumus. s. execrabilis. Apoca. xiiij. Fumus tormentorum eorum in secula seculorum ascendet. Erit et ibi existentiũ aspectus horribilis. Sap. xvij. Persone tristes illis apparentes pauorem illis prestabunt. et Esaie. xiij. Unusquisque ad proximum suum stupebit: facies combuste facies eorum. Est et ibi fletus oculorum lesiuus. Ibi erit fletus et stridor dentium. ¶ Quo ad auditum: Est ibi sonus horribilis. Sap. xvij. Sonitus descendens perturbat illos. Item gemitus miserabilis. Ibidẽ: Et videntes turbabuntur timore horribili/gemẽtes pre angustia. Itẽ blasphemia execrabilis. Apoca. xvj. Blasphemauerũt homines deum propter plagam: quoniam magna facta est vehementer. ¶ Quo ad olfactum est ibi sulphur fetens. Apoc. xiiij. Cruciabuntur igne et sulphure in conspectu angelorum. Et in ps. Ignis et sulphur pars calicis eorum. Item pix ardens. Esai. xxxiiij. Conuertentur torrentes eius in picem: et humus eius in sulphur: et erit terra eius in picem ardẽtẽ nocte et die/et non extinguetur in sempiternum. ¶ Quo ad gustũ: Absinthiũ amarum cibus. Hierem. ix. Ecce ego cibabo populũ istum absinthio et potum dabo eis aquam fellis: Item fel draconum potus. Deut. xxxij. Uua eorum vua fellis: et potus amarissimus: fel draconum vinum eorum: et venenum aspidum insanabile. ¶ Quo ad tactum est ibi ignis vrens: Mat. xxv. Ite maledicti in ignẽ eternum qui paratus est diabolo et angelis eius. Item vermis corrodens. Esa. xiiij. Detracta est ad inferos superbia tua: subter te sternetur tinea: et operimentum tuũ erũt vermes. Item bestia mordẽs. Deuter. xxxij. Dentes bestiarum mittam in eos. Itẽ malleus percutiens Prouerb. xix. Parata sunt derisoribus iudicia: et mallei percutientes stultorum corporibus. Item: Estus inseparabilis et frigiditas intolerabilis. Job. xxiiij. Transibunt ab aquis niuium ad calorem nimium. ¶ Nec hec solum corpus affligent: verum in ipsius penam/quo ad omnes suos sensus secundum Basiliũ omnis feditas et immũdicia squalor et impuritas electorum post diem iudicij in inferno aggregabuntur. ¶ E Affligitur et anima in suis potentijs sensitiuis et intellectiuis: vñ secundum Diony. Est ibi proterua fantasia/demens concupiscentia et furens tristicia. Torsiones et dolores tenebunt eos: scribitur Esa. xiij. quantum ad concupiscibilem: Peccator videbit et irascetur: dicit propheta quantum ad irascibilem. Est in intellectu pena dãni/que est carentia visionis diuine essentie que est in damnatis maxima penarum: de quo Chrys. Si mille mihi gehennas ponas/nõ tantum reputo sicut ab illius gloriose societatis iocũditate expelli. Et iterũ: Excludi a bonis eternis et alienũ effici ab his que preparata sunt iustis tm̃ generat cruciatum et dolorẽ: vt etiã si nulla pena extrinsecus torqueret/hec sola sufficeret. Et intelligendũ videtur hoc de pena damni que consequitur peccatũ actuale: quia illam comitatur tristicia et pena vermis: p

quanto sic damnati odiūt carentiā diuine visionis/inquantū in eis est ꝑpter demerita propria. Quod odiū tristicia sequit: qꝛ tristicia est (ſm Augusti. 14. de ciui. dei. ca. 15) de his rebꝰ que nobis nolentibus accidūt. Pena aūt damni q̄ sequitur originale in pueris sine baptismi susceptiōe decedentibꝰ: est in ipsis pena mitissima: ſm btm̄ Augu. in de baptismo paruuloꝝ: z hoc forte qꝛ eam tristicia nō cōcomitat. ¶ Est z in intellectu pena alia q̄ noiari pōt pena excecationis. Determinatur em̄ intellectus ab igne detinēte obiectiue ad intensam z ꝑpetuā sui cōsiderationē: vt non possit exire ſm imperiū voluntatis: nūc in cōsiderationē huius/nūc alterius. De quo accipi pōt illō Hiero. Tanta est in inferno vis doloris/ꝙ mens ad aliud dirigi nō pōt/nisi ad qđ doloris vis impellit. ¶ Est in voluntate remorsus cōtinuus et obstinatio in malo: de q̄ Augꝰ in de ſi. ad pe. In inferno z si spūs erit penitudinis: non tñ erit correctio volūtatis. Sap. v. Penitentiā agentes et ꝑ angustia spūs gemētes. ¶ Has penas in quadā sūma numerat Inno. in de vilitate cōditiōis hūane in fine di. Ibi erit fletꝰ z stridor dentiū: gemitus/eiulatus z vlulatꝰ/luctus z cruciatꝰ: stridor z clamor/timor z tremor/dolor et labor/ardor z fetor/obscuritas z anxietas/acerbitas et asperitas/calamitas z egestas/angustia z tristicia oblivio z cōfusio/torsiones z punitiōes/amaritudines z terrores/fames z sitis/frigꝰ z cauma sulphur z ignis ardebunt in secula seculoꝝ. Qui hec fideliter corde ꝑtractat/dicere pōt cū ꝓpheta Circūdederunt me gemitus mortis: dolores inferni circūdederunt me. Quis em̄ hec meditans nō anxie terret? Sed felix terror trāsitorius qui timorē eternū excludit. Felices qui ſm pā alibi: Uiuentes descendūt in infernū. Per hoꝝ diligētem cōsiderationē vt caueant/ne morientes descendāt dū cauere nō possunt: z ibi irremediabiliter ꝑmaneant in eternū. ¶ Merito igitur sacerdos ne Christi sanguine a tātis penis sufficienter redēpti: ꝑ peccatoꝝ recidiuā iteꝝ eisdē deputent petit patrē clementissimū in ꝑsona fideliū a damnatione ꝑpetua liberari. Et hoc in missa/qua vt frequēter dictū est dñice passionis memoria agit ꝑ quā solā a dānatione nos cōtingit ꝑpetua liberari. ¶ F Scđo petit in ꝑsona eorundē fidelium boni eterni adeptionē in verbo. Et in elec. t. tu. gregi numerari. Electoꝝ videlicet qui ꝑ gratiā finalis electionis a massa ꝑditionis peccatorū sunt separati. Quales sunt ab eterno ꝑdestinati/vt in ipoꝝ cōsortio ꝑpetuo gaudeant z letētur. Huic gregi si āumerati fuerimus/beatitudine nō ꝑuabimur: quia stabilis certusq̄ est electoꝝ numerus in ꝑdestinatione patris/a q̄ nullus vnq̄ excidit: quia ille minui non potest: ſ nec augeri vt vno tempore maior sit/alio minor. Neq̄ illi ascribit quisq̄ de nouo. Oēs electi ab eterno sunt predestinati: sicut z reprobi ab eterno ꝑsciti. Neq̄ ascriptus deletur propter dei imutabilitatem: que saluari nō posset ponēdo nouitatē in predestinatione z reprobatione finali. Requirit em̄ successiua cōtradictorioꝝ verificatio de eodē mutationē/aut i altero extremo/aut motu vel tēporis lapsu. Sed ad eternitatē nihil facit tempus vel motus: nec sufficit mutatio in predestinato vel prescito: quia nihil in re extra deū ponitur causa ꝑdestinationis: de qua alibi. ¶ Sed si numero electoꝝ nemo addit/quō petit sacerdos vt in electoꝝ tuoꝝ iubeas gregi numerari? Solutio: vno modo petit vt cōnumeremur electis ſm presentem iusticiā: hoc est vt habeamus gratiam quā habentes electi dicimur ꝓ statu presentis vite ſm quem modū dicit btūs Aug. Si nō es predestinatus/fac vt ꝑdestineris. z Ambr. Si tu noueris mutare vitā/deus nouit mutare sententiam. Aliter dicit ꝙ nō petit sacerdos vt de nouo cetui electorū ascribamur: ſ vt cū electis numeremur in eterna btitudine intuitu orōnis sue tanq̄ medio a deo ordinato ad eterne vite consecutionem ſm modū supra lec. xxxi. expositū. Merito ergo petit sacerdos numerari inter dei electos: quia illis ꝑparata sunt gaudia: q̄ oculus non vidit: auris nō audiuit: q̄ nec in cor hominis ascenderunt. Que lingua ait Grego. in omelia. 37. dicere aut quis intellectus cape pōt/quanta sint gaudia angelorum choris interesse: cū beatissimis spiritibꝰ glorie conditoris assistere: ꝑsentē dei vultū cernere: incircūscriptū lumen videre. Magna est multitudo dulcedinis tue ait ꝓpha/quā ꝑparasti diligentibus te. Panē em̄ ibi angeloꝝ ore pleno mācucabit hō: z de calice inebriat q̄ preclaro. Sed indicibilia cur edicere laboramus. ¶ Concludit oratio [Per Jesum Christum dñm nostrū] Ad quā nullus respondet/amen. dicit Alber. nisi angeli qui in hoc ministerio esse dicūtur. Hāc orōnē legens sacerdos/ꝓfunde se inclinat: z ſm Alber. quasi capitis nutu dicēs. Hanc igit/oblationem ipsam demōstrat. ¶ Sequitur G [Quā oblationem tu deus] Hec est pars tertia tertie ꝑtis principalis canonis: in qua post petitionē acceptationis hostie generalr z cōmodoꝝ sacrificantiū spālīter z eternaliter petitur ꝑfectio oblationis q̄tū ad finem ꝑncipalē: q̄ est trāssubstātiatio specialr vt scꝫ ex eisa z potu materialibus fiat nobis corpus z sanguis Jesu Christi dñi nostri veꝝ z verꝰ ¶ Et diuidit in duas partes. In ꝑma petit oblationis gratificatio. In secūda corporis z sanguinis Christi cōsecratio ibi. Ut nobis fiat. Quo ad primū dicit [Quam oblationem] scꝫ seruitutis nostre: z cuncte familie tue .i. terrenam materiam ad corpus filij tui destinatā tu deus pater clemētissime [q̄sumus] facere digneris [in omnibus] benedictā. ¶ In oibus/multipliciter exponitur: ſmq̄ includere potest multiplex distribuibile/et aliud z aliud determinare. Potest em̄ determinare a parte suppositi vocatiuū casum/scꝫ tu deus: vt sit sensus: tu deus existēs in oibꝰ scꝫ creaturis z naturis sine tui diffinitione: in oi loco sine tui

circūscriptiōe: in omni tp̄e sine vicissitudine z sul
mutatione. Uel pōt determinare ip̄m suppositū
scz nos quesumus: vt sit sensus: nobis in omnib⁹
nostris virib⁹ tota cogitatione: tota mēte: toto in
tellectu q̄sumus: vt hanc oblationē facere digne
ris benedictā. ¶ Pōt etiā determinare appositū/
z hoc q̄druplicter. Quia vel distribuit p̄ modo
.i. facere digneris hāc oblationē in oibus .i. oibus
modis: vel oimode z rōnabiliter benedictā: et sic
pōt capi aduerbialiter p̄ oimode. Uel distribuit
p̄ offerentibus .i. facere digneris eā bn̄dictā in oi
bus scz offerētibus. Uel distribuit pro hostijs: vt
sit sensus. Digneris eam facere benedictā in oib⁹
hostijs .i. transferre in eam hostiā: que in idem su
per omnes hostias est benedicta z ascripta zc̄. scz
in corpus z sanguinē: vt infra sequit̄. Hec est ex
positio dn̄i Inno. Uel pro his p̄ q̄bus fit oblatio
vt sit sensus. In oibus .i. pro oibus gradibus cle
ri z populi nullū ab oīone excipientes. Et hec est
Alb. Nā pusillū z magnū ipse fecisti z equaliter
est illi cura de omnib⁹. Sap. 6. ¶ H Petit aūt
sacerdos q̄nq3 in hac p̄ma oīonis parte / s̄m q̄nq3
noia que hic ponunt̄: scz benedictā/ascriptā/ratā
rōnabilem/acceptabilem. ¶ Exponūtur aūt hec
quinq3 vocabula q̄ntupliciter: scz. In ordie ad di
stinctionē effectuū sacramēti. In cōparatione ad
hostias veteris testamēti. In oppositione imanis
iude sacrilegij. In ordine ad dona q̄ nobis opta
mus cōcedi. In ordine ad rē sacrificij. ¶ Primo
mō exponit beatus Aug. vt habet̄ de cōse. dist. 2.
Utrū sub figura. qui dicit sic. Hāc ergo oblatio
nem [digneris facere bn̄dictam] per quam bene
dicimur [Ascriptā] per quā hoies in celo ascribū
tur [Ratā] per quā in visceribus Christi censea
mur [Rationabilem] p̄ quā a bestiali sensu exua
mur [Acceptabilēq3] vt qui nobis ipsis displice
mus per hanc acceptabiles eius filio vnico sim⁹.
Nihil aūt rōnabilius q̄3 vt nos qui iam similitu
dinē mortis ei⁹ in baptismo accepimus: similitu
dinem quoq3 carnis z sanguinis sumam⁹. ¶ Se
cundo modo exponit Alber. Petit eniz sacerdos
vt ab hostia hac excludant̄ quinq3 que fuerunt in
oblationibus antiquis imperfectis. Antique em̄
oblationes fuerunt vacue a gratia: z ideo nulla
ab ipsis p̄fluxit benedictio. Nec fuerunt ascripte
ad eternā memoriā: sed potius ne idolis hoies il
lius temporis seruirent ordinate. Nō etiam fue
runt rate z firme: sed figurales z mutande atq3 fi
niende. Fuerunt etiā insufficientes/nec deo acce
pte quantū ad gratie z vite eterne collationē: vt
hec multipliciter probant̄ ex vtriusq3 testamenti
testimonio. Ideoq3 horum contraria petit sacer
dos in p̄senti oīone quantū ad oblationē nostrā
vt scz deus eam facere dignetur benedictā: vt per
ip̄am spiritualiū bonoꝝ multiplicatione benedi
camur. Ascriptam / vt per ipsam societati angelo
rum ascribamur. Ratam/ vt ipsa vsq3 ad cōsum
mationē seculoꝝ in profectū salutis perfruamur.
Rationabilē/vt per ipsam vti sufficientē in finem

rationalis creature deducamur. Acceptabilem/
vt per ipsam deo placidi efficiamur. ¶ I Ter
tio s̄m Innocentiū exponunt̄ hec quinq3 vocabu
la in ordine ad quinq3 dona opposita imani sacri
legio Iude traditoris. Nā Judas scarioth a dia
bolo supplantatus imane sacrilegium p̄petrauit
dum quarta feria ante pascha filium dei triginta
argenteis pharisеis vendidit / in recōpensationē
damni quod incurrerat ex effusione vnguenti su
per benedictū caput Christi. Et post pauca sub
dit Innocen. Illa vēditio fuit maledicta/proscri
pta/irrita/iniqua/z detestabilis. Petimus ergo
o deus vt tu facere digneris hanc nostrā oblatio
nem benedictā/ascriptam/ratam/rationabilē/ac
ceptabilem. Judas aūt maledictionē dilexit z ve
nit ei: benedictionem noluit/ z elongata est ab eo.
Sed tu deus digneris hanc oblationem nostraz
facere benedictā/per quā nos in celestibus bene
dicas. Judas deletus est de libro viuentiū/ z nō
est cum iustis scriptus: sed tu deus digneris hāc
oblationē facere ascriptā/ per quā nos in celestib⁹
ascribas. Judas se laqueo suspendit: z episcopa
tum eius alter accepit: sed tu deus hanc oblatio
nem digneris facere ratam/per quā ratum sit no
stre salutis promissum. Judas exijt cōdemnatus
z oratio eius facta est in peccatū: sed tu deus hāc
oblationē facere digneris rationabilē / per quam
rōnabile fiat nostre seruitutis obsequiū. Judas
reddidit mala pro bonis/ z odiū pro dilectione re
tribuit: sed tu dn̄e digneris hāc oblationē facere
acceptabilem/per quā nos tibi reddas acceptos.
¶ Quarto exponūtur hec vocabula in ordine ad
quinq3 dona nobis per hoc sacramentū conferen
da. Primo mali remotionē cum dicimus benedi
ctam. Petimus em̄ benedictionē p̄ remotionē a
nobis maloꝝ culpe z penalis miserie. Secundo
imp̄ssionē bonoꝝ spiritualiū: p̄ que efficimur so
cij̄ beatoꝝ: per hoc quod dicit̄ ascriptam. Tertio
collatoꝝ bonoꝝ stabilitionē: per hoc quod sequi
tur ratā. Quarto discretionē credendoꝝ z agen
doꝝ/cum dicimus rationabilē. Quinto accepta
tionē operū nostroꝝ ad vitam beatā: cū dicit ac
ceptabilē. ¶ Quinto exponūtur hec eadē verba i
ordine ad rem sacramēti q̄d est corpus z sanguis
Christi s̄m Alex. de ales/ z Innocen. sic. Quā ob
lationē tu deus facias trāsmutari in eā hostiam/
que est oino benedicta/ ascripta/ rata / rōnabilis/
acceptabilis. Benedicta dicit̄ salutaris hostia .i.
ab omni pctō maledictionis causa imunis: tā ori
ginali q̄3 actuali: tam criminali q̄3 veniali. Lu. 1.
Benedictus fructus ventris tui. Ascripta dr̄ .i. fi
guris z scripturis veteribus designata: tam in
paschali agno. Exo. 12. tam in manna celico. Exo
di. 16. tam in Isaac imolādo. Gen̄. 22. q̄3 in Abel
imolato. Gen̄. 4. Hic enim est agnus qui occisus
est ab origine mundi. Apoc. 13. Rata dicitur non
quasi transitoria sicut vetus oblatio / q̄ cessit vbi
noua successit: sed que permanet in eternū s̄m or
dinem melchisedech. Rationabilis dicit .i. habēs

effectum ꝯgruum: quasi nō penalis sicut legalis erat q̄ in sanguine hircoꝝ ⁊ thauroꝝ nō poterat a pctō mūdare: sed que sanguine ꝓprio conscientias emūdat ab opib⁹ mortuis. ad Hebre. ix. Acceptabilis dr̄ non quasi illa de qua dī ꝓpheta: Sacrificium ⁊ oblatōem noluisti. Et iteꝝ dī domin⁹ Non accipiam de domo tua vitulos neq̄ de gregibus tuis hircos. Sꝫ illa de qua Eccli. 35. Sacrificiū iusti acceptū est: ⁊ memoriā eius non obliuiscit̄ dn̄s. ⁊ Eiusdē. xlv. Ipm̄ elegit ab omni viuēte offerre sacrificiū deo incēsum/ ⁊ bonum odorem in memoriā placare ꝓ ꝓplo suo. Loqt̄ de Aaron sacerdote ad lrām. ¶ Hec aūt expositio tangit conditōes ipsius vere hostie. Et p̄mo vt considerate in se: scd̄o in comparōe ad p̄figuratēem legis. Tertio ẜm comparōem ad mutatōem legis q̄ habebat aliam succedentē/ q̄tum ad oblatōem hostiarum: qd̄ non habet hostia ista. Quarto ẜm comparatōem ad effectum. Quinto ẜm comparationem ad illum cui offert̄. ¶ R Uel sic: Quam oblatōem bn̄dictā ꝑ consecratōem/ ascriptā ꝑ approbatōem/ ratam ꝑ confirmatōem. i. quā oblatōem cōsecratā/ approbatā ⁊ cōfirmatā a te digneris facere rōnabilē hostiā ⁊ acceptabilē. Rōnabilē inq̄. i. talem que diuine rōni cōueniat: ⁊ acceptabilem. i. q̄ bn̄placito diuino complaceat. cui apte subiungitur/ vt nobis corpus ⁊ sanguis fiat ⁊c̄.

Differt rōnabile ⁊ rōnale.

Refert dicere rōnabile ⁊ rōnale ẜm Alexā. Quia rōnabile dr̄ quod ẜm consonantiā rōnis procedit. Rōnale quod vtitur rōne. Petimus ḡ vt deus hāc hostiā bn̄dicēdo consecret/ et confirmet q̄tū ad diuinā memoriā ibi ascriptā. i. talem que d̄ memoria sua nulla possit obliuione deleri. Et petimus eam ratam fieri. i. talem que de ꝓposito suo nulla possit mutatōe cōuelli. Ut acceptet q̄tum ad duo. s. q̄tum ad iudicium rōnis/ ibi: Rōnabilem. Et q̄tum ad bn̄placitū volūtatis/ ibi: Acceptabilē. Consecratio refert̄ q̄tum ad ipm̄ sacramentū: cōfirmatio ad p̄mium: acceptatio ad meritū/ ꝙ oblatiōis memoria dei non deleat̄/ vel a ꝓposito dei non euellatur/ intelligit̄ q̄tum ad p̄mium oblatōis. Premium inq̄ fidelium: acceptatio autem dei respicit meritum fidelium. Sequit̄

¶ L [Ut nobis corpus ⁊ sanguis fiat dilectissimi filij tui domini nostri Jesu christi.] Paruula tertie partis p̄ncipalis in qua petita hostie gratificatōe petit̄ eius consecratio ꝑ cōuersionem eius in verum corpus ⁊ sanguinē christi. vnde dicitur [Ut nobis corpus ⁊ sanguis fiat.] Nobis. s. ad nostram vtilitatem ⁊ salutem. Ex substātijs tibi oblatis/ substantijs scꝫ panis ⁊ vini/ fiat corpus ⁊ sanguis ꝑ transsubstantiatōem scꝫ harū in istas sanguinē ⁊ corp⁹ tua infinita virtute ⁊ potētia: quia illa sola efficiente id fieri potest. Corpus dico ⁊ sanguis filij tui domini nostri Jesu christi dilectissimi tibi ⁊ nobis. Nobis/ quia nos a morte cui addicti eramus ꝓpter transgressionē p̄moꝝ parentū liberandis/ seip̄m in morte obtulit deo patri tanq̄ p̄cium nostre redemptōnis. Seq̄ in cibum ⁊ potum nobis tribuit: vt nos ad vitā aleret sempiternā: ẜm illud Joan. vj. Caro mea vere cibus/ ⁊ sanguis meus vere est potus. Propt̄ quod merito a nobis summe dilgi debet tanq̄ noster creator ⁊ reparator. ¶ Petimus autem vt nobis fiat corpus ⁊ sanguis christi conformiter ad verbum matris gloriose: que annuncianti angelo futuram christi corpalem conceptōnem/ respondit: Fiat mihi ẜm v̄bum tuum. Ad cuius ꝓlatōem formatū est in eius castis visceribus illō corpus in quod cōuerti petimus hostie nostre substātiam. Additur idem v̄bum fiat: quia eadē req̄ritur potentia nūc in cōuersione que requirebat̄ tunc in verbi incarnatōne: immo que req̄rebat̄ in p̄ma conditōe creature. vnde Gen. j. dr̄: Fiat lux ⁊ facta est lux. ¶ M Dicit̄ etiam fiat deprecatiue: vt designet̄ ꝙ sacerdos sua naturali actiua v̄tute non operat̄ ad p̄sentiam corporis ⁊ sanguinis christi in altaris sacramento: sed est tm̄ minister ⁊ instrumentum huius ineffabilis conuersionis. Unde non in propria ꝑsona loquit̄ facio/ sed fiat/ v̄tute scꝫ omnipotentis: in cuius potestate ē facere hunc trāsitum substātie in substantiam: sicut eius potētie subsunt q̄tum ad totū esse ⁊ nō esse. Dicat igitur vt nobis fiat. Quid? certe corp⁹ ⁊ sanguis. Corp⁹ sub speciebus panis: panis substantia in ip̄m trāseunte. ⁊ sanguis sub speciebus vini/ substantia vini in sanguinem transeunte. Cuius? [Dilectissimi filij tui.] Cui essentiā tuam o pater qua deus es ꝑ gn̄atōnem eternam tribuisti non ꝑ ꝑticule alicuius decisionē: quomodo carnalis pater ꝑ seminis decisionē corpis materiam filio subministrat: sed totam tuā essentiā indiuisibilem indiuisibilit̄ cōicasti: vt ꝑ oia tecum sit vn⁹ deus tibi ꝑ oia cōsubstātialis: ⁊ ꝑ consequēs ve tibi dilectissim⁹: qr ip̄a diuina eēntia obiectū est infinite diligibile cuilibet potēti infinite diligere/ qualis est pater celestis deus infinitus. Est em̄ eēntia diuina infinite ⁊ summe diligibilis/ nedum in se/ sꝫ etiā in quocunq̄ est ꝑ identitatē qualiter est in filio/ cui est rō essendi deum. Dilectissimi igit̄ dr̄/ filij tui. Tui/ nō ꝑ adoptōem/ sed ꝑ naturā: ẜm illō Hila. Et ptāte ⁊ v̄tute nature patris fili⁹ gignit̄ [Domini nostri] qr dedisti illi oēm ptātem/ ⁊ q̄ in celo est ⁊ q̄ in terra: ⁊ oia subiecisti sub pedib⁹ ei⁹: vt in ipsius noie flectat̄ omne genu in sup̄mi dn̄ij prestatōem: ⁊ nostre subiectōis recognitōem. [Jesu Christi] saluatoris ⁊ mediatoris nostri: quem misisti vt saluum faceret ꝓplum tuum a peccatis eoꝝ: vt esset ꝓpiciatio ꝓ peccatis: teq̄ offensum placaret/ ac nos tibi displicētes recōciliaret ⁊ restitueret in p̄stine amicicie grām atq̄ gradū. Huius dilectissimi filij tui dn̄i nostri Jesu Christi petim⁹ dari nobis corp⁹ ⁊ sanguinē/ ꝓpter multiplicem fructū ac ꝑfectum nobis ex eis ineffabilit̄ consequentem. Et tm̄ de textus illius expositōne.

¶ N Sed nunc breuiter aliq̄d de ritu q̄ in horum v̄borum prolatione obseruat̄ videam⁹. Unde hic fit corporis erectio post inclinatōem p̄uiā

in orōne: Hanc igiť. Fit etiā manuū eleuatio ꝛ ad
celum tensio. Fit tertio signoꝝ crucis q̄na forma
tio. Erigit se sacerdos in corꝑe: vt ꝛ ad celum mē
tem erigat cum fiducia obsecrādo/ quatinus mā
na celeste quod supra nos est/ in altaris sacramen
tū descēdat/ id patre clementissimo efficiente. Sic
ꝓpheta oculos leuārat in celū vnde auxiliū ꝑstola
batur. Unde ait ps̄. cxxij. Ad te leuaui oc̄los me
os qui habitas in celis. Erigit quoq3 corpus in
hac diuinissima orōne: petēs vt nobis caro ꝛ san-
guis Christi donet: ad significādum ꝙ sicut se eri
git corꝑalr̄/ ita surrexit sp̄ualr̄ a pulueribus pec-
catoꝝ/ que ad ima deꝑmunt mentez. Eleuat ma
nus vt in sua petitōne citius exaudiatur: exem-
plo Moysi cui dominus cum sursum manus tetē
dit/ victoriā ꝯcessit liberalr̄ quam petiuit: vt ha-
beť Exo. xvij. Etiam in ꝓlatōe hoꝝ verboꝝ dile-
ctissimi filij tui dn̄i nostri Jesu Christi manus altius
leuat ꝛ deponit ad excitandū (ꝯformiter ad verba
dilectōnis) affectum. Quasi dilectissimū filium
amorose affectōis brachijs ad se stringere deside-
ret deuotissime ꝛ amplecti. ❡ D Tertio for-
mat sacerdos in hac orōne quinq3 cruces: tres cō
iunctim suꝑ oblatam ꝛ calicem in his ꝟbis: Bene
dictam/ ascriptam/ ratam. Quartā diuisim suꝑ
oblatam solā in ꝟbo corpus. Quintā suꝑ calicez
solū in ꝟbo/ ꝛ sanguis. Cuius a varijs varie assi-
gnanť rōnes: nam Alb. dr̄ ꝙ quia bn̄dictio hostie
ascriptio ꝛ ratihabitio siue ꝯfirmatio est a patre ꝑ
mo ꝑfectore sanctitatis. Et hanc in eaz significat
ꝓcedere sacerdos ꝑ tres cruces quas facit. Quia
aūt rōnabilis ꝛ acceptabilis est hec oblatio ex sip
sa/ in istis ꝟbis rōnabilem ꝛ acceptabilē non facit
cruces. Simil̄r in ꝟbo/ corpus ꝛ sanguis: quib3
incorporatōnis virtus ꝛ ꝟtus viuificatiōis desi-
gnať/ que a deo ꝓcedunt in sacramētuz: ideo hec
ꝑferens/ duas cruces facit. Sed aliter Innocēs
ꝛ Alexan. dicunt. Sed pluribꝰ dimissis corrįspō-
denter ad dicta supra lec. xxi. ꝓpe finem ꝑt dici/ ꝙ
ꝑter hoc ꝙ crucis signatōem sicut in ceterꝭ sacra-
mētis materia ꝑparatur ꝛ sanctificať/ vt idonea
fiat sacramentali conuersioni/ ſm illud Stepha
ni pape: de ꝯse. dist. v. Nunqd. Nūqd nō oia cha
rismata sacerdotalis ministerij crucis figura ꝑfi-
ciunť. Nunqd baptismatis vnda nisi cruce sancti
ficata pctā relaxat? Et vt cetera ꝑtereamus sine
crucis signaculo quis sacerdotij gradus ascēdit.
❡ P Preter hec habent ꝛ mysticas signifi-
catōnes. Nam sicut per tres cruces in ꝑncipio ca
nonis in his ꝟbis factas: Hec dona/ hec mune-
ra/ hec scā sacrificia illibata: significatur triplex
Christi traditio: ita ꝑ cruces h̄ facta designatur
Christi venditio/ in qua ꝯsiderantur ꝑsone qbꝰ vē
ditus est dn̄s: q̄ sunt sacerdotes/ scribe ꝛ pharisei:
ꝛ illi designanť ꝑ tres cruces suꝑ oblatā ꝛ calicem
factas. Considerant̄ etiā ꝑsone venditores Jude/
ꝛ venditi Christi: q̄ quia multū fuerūt discrete/ et
vita ꝛ sanctitate distincte/ significať per duas cru
ces: quaꝝ vnam facit suꝑ oblatam/ aliam suꝑ ca
licem dicēs: Corpꝰ ꝛ sanguis. ❡ Uel etiā ꝑ tres
ꝑmas crucisignatōnes importatur venditōnis ꝑ
cium/ ter decem i. triginta argentei: vt vult bea-
tus Tho. ptē. iij. q. lxxxiij. ar. v. ❡ Alie plures ra
tiones quaꝝ alique videnť satis pueriles ꝛ impti
nentes/ quas ꝛ Albertꝰ satis acerbe reprobat al-
legantur. Quia tamē hic ritus in eccl̄a ꝯmuni-
ter ab omnibꝰ obseruať: nemo hunc ꝑtermittere
aut ꝯtemnere ꝑsumat/ qualicūq3 ex motiuo hoc
venerit in vsum aut sit statutum/ ne quis vt sapi-
ens in oculis suis ac singularis arguať/ recedat-
q3 a moribꝰ sancte matris ecclesie errare nō poten
tis tanq3 ferus singularis viā solitudinis ingredi
ens vbi deuijs multiplicibꝰ abduci ꝑtinc finē op
tatū ac desiderabilem ꝯsequať.

## Lectio. XXXIIII. A

# Qui pridie q̄3 pateret

accepit panē ꝛc.] Ista est ꝑs quarta ca-
nonis ꝑncipalis in qua ꝑmissis oratio
nibꝰ ad patrem clementissimū ꝓ appositoꝝ muneꝝ bn̄dictōe: sanctoꝝ ꝯmemoratōe/ pro
bn̄dictōis impetratōne: addita deꝑcatōne/ ꝓ ob-
latōnis acceptōne. Procediť nunc ad sacrificij ꝑ-
fectōem/ scz materie idonee ꝛ sanctificate ꝯsecra-
tionem: qua panis viniq3 substantie in verum cor
pus Christi ꝛ sanguinem substantialr̄ ꝯuertunť.
❡ Et diuidiť in duas partes ꝑncipales. In pri-
ma poniť ꝯsecratio panis qui in corpus Christi
ꝯuertitur. In secūda subdiť ꝯsecratio vini qđ in
eius sanguinē trāssubstātiať/ ibi: Simili mō. ❡ Cir
ca ꝑmum ꝑmo: modus institutiōis huius sacra-
menti a Christo ꝑmittiť. Scđo ꝟboꝝ subdiť for-
ma q̄ ꝯsecratio ipa ꝑficiť/ ibi: Hoc est enī. ❡ Pri
ma pars subdiuidiť in quattuor ꝑticulas. In ꝑ-
ma tangiť huius gratiosissime institutōis tempꝰ
ꝛ hora. Secūdo ineffabilis transsubstantiatōis
terminus a quo ꝛ materia/ ibi: Accepit panem.
Tertio poniť huius sanctissime institutōnis mo
dus ꝛ circūstantia/ ibi: Et eleuatis oculis. Quar
to tangiť institutionis finis ꝛ rō motiua/ ibi: De-
dit discipulis. ❡ Quo ad ꝑmum dr̄ [Qui pridie
q̄3 pateret.] Qui scz dilectissimꝰ filiꝰ tuus domi-
nus noster Jesus Christꝰ. ꝑdie. i. ꝑcedenti die q̄3
pateret. In qbus verbis vt dictum est tangiť insti
tutōis huius sacramenti tempus. ❡ B Fuit
aūt de hoc tempe altercatio inter grecos ꝛ lati-
nos. In h̄ qdem ꝯcordant ꝙ in vltima cena insti-
tutū est h̄ diuinissimū sacramētum: sed quota die 1. Cor. 4.
mensis cena celebrata sit/ discordia fuit. Unde di
xerunt greci cenā fuisse factā tredecima luna ꝑmi
mensis: ꝛ ꝯsequenter dicūt Christū ꝯfecisse in fer
mētato: ꝓpter quod ꝛ ipsi in fermentato celebrāt
hoc sacrificium: ꝛ nos latinos quia in azimis ce-
lebramus negant vere conficere. Contra quos be
atus Ans. scripsit elegantem ep̄lam siue libelluz
de fermento ꝛ azima intitulatū. Et q2 illa depen-
dent ꝛ vnū ex alio firmamentū accepit. s. tp̄s cene

ex ꝯfectio eucharistie ex azimo aut fermento: ideo simul hic ptractāda sunt: lȝ secūdū de azima ⁊ fermēto magis sequentē pticulam (accepit panem/ vbi de materia huius sacramēti tractabit̃) respicere videat̃. Primo ergo vidende sunt rōnes grecoꝝ ac coꝝ error. Scd̕o declaranda erit v̄itas. Tertio rōnes in ꝯtrarium dissoluende. ¶ C

Quātū ad pmū arguūt greci pbare nitētes ꝙ dominus cenā nouissimā cum discipulis cenauerit tredecima die mensis pmi nysan/ quam nos dicimus martiū f̄m lunatōem. Christ⁹ cenā celebrauit die immediate pcedēte dię passiōis suꝫ hec fuerat tredecima: igit̃ cenā fecit die mēsis .xiij. Cōsequētia tenet expositorie p reductōnem: ⁊ maior pꝫ ex decursu oim euāgelistaꝝ. Nam in ipa nocte cena facta instructisq3 discipulis/ surgens a cena ⁊ introiens ortum in latere montis oliuarum/ captus est/ mane crucifixus: vnde ait Joan. ca. xviij. Hec cum dixisset Jesus/ egressus est cum discipulis suis trans torrētem Cedron/ vbi erat hortus: vbi introiuit ipe ⁊ discipuli eius. Et ꝯseqnter describit captōem eius Luce quoq3 c. xxij. dn̄s in cena dixit Petro: Dico tibi Petre: nō cātabit hodie gall⁹ donec ternegen nosse me. Hodie/ dię ōr naturalē includētem noctē illam ⁊ sequēs mane. Et seqtur ibidem: Adhuc qd̕ scriptū est oportet impleri: Et cum iniquis deputatus. Adhuc/ ōr noctem eādē qua hec v̄ba Christus ptulerat. Marcus quoq3 ⁊ Mat. dicūt dn̄m in cena dixisse discipulis: Oēs vos scādalum patiemini in me in illa nocte. Paulus vo. j. Coꝝ. xj. apertissime ait: Dn̄s Jesus in qua nocte tradebat̃/ accepit panē. Ex qbus manifeste pꝫ cenam in qua Christ⁹ instituit hoc sacr̄m/ ea nocte fuisse celebratā qua dominus traditus est ⁊ mane crucifixus. Minorē scȝ ꝙ dies illa fuit .xiij. mēsis pmi/ sic pbare nitūtur. Cena pcessit diē immolatōis veri agni paschalis hoc est passionē Christi in cruce qua se patri obtulit: vt ōr apl's. j. Coꝝ. v. Pascha nostꝝ oblatus ē Christ⁹. Haud dubium qn a seipo: vt ōr idem ad Heb. ix. Sanguis Christi q p sp̄m scm̄ semetipꝫ obtulit immaculatū deo: emūdauit ꝯscientiam nostram ⁊c̄. Et hec fuit .xiiij. luna: ⁊ p ꝯsequēs cena facta est .xiij. luna. ¶ Ꝙ aūt Christus passus sit .xiiij. luna: sic pbant: Ueritas debet correspōdere vmbre ⁊ figura rei: agnus autem paschalis fuit vmbra ⁊ figura veri paschalis agni ⁊ immolatio immolatōis: igit̃ ea die Christus ver⁹ agn⁹ dei immolari debuit in cruce q agn⁹ typic⁹ in lege. Agnus aūt typic⁹ imolari pcept⁹ est luna .xiiij vt habet̃ Exo. xij. vbi de agno paschali ōr: Seruabitis eum vsq3 .xiiij. diem mensis hui⁹. Immolabit eum vniuersus cet⁹ filioꝝ Jsrl̄ ad vesperam ¶ Preterea Joan. xiij. ōr: An diem festuꝫ pasche sciens Jesus qr venit hora eius. Et post: Cena facta cū discipulis cū diabol⁹ misisset in cor ⁊c̄. Ex quib⁹ v̄bis videt̃ ꝙ cena fuit facta an̄ diem pasche sed dies pasche fuit .xiiij. luna: vt habetur Leuiti. xxiij. Decimaquarta die mensis ad vesperā celebrabitis pascha: igit̃ cena q pcessit diē pasche facta fuit .xiij. luna. ¶ Jtem Joā. xviij. habet̃/ ꝙ iudei non introierūt domū Pilati vt nō ꝯtaminarētur: sed māducarēt pascha. Ex quo arguit̃ Christus illa die passus q iudei māducauerūt pascha Hoc aūt factū est (scȝ pasche māducatio) decima quarta luna: ḡ cena pcedēs passionis diem/ facta est luna tertiadecima. Et h̄ ꝯcordat ei ꝙ pncipes iudeoꝝ dixerūt: vt scribit̃ Matt. xxvj. Nō in die festo/ ne forte tumultus fieret in pp'lo: ⁊ ideo non crucifixerūt Christū in pma die azimoꝝ luna qntadecima/ q fuit celeberrima: nō aūt crucifixerūt post: ḡ an̄ scȝ luna .xiiij. ¶ Jtem de sctis mulieribus legit̃ Lu. xxiij. ꝙ viso monumēto in quo positū fuit corpus dn̄icū/ reuertētes parauerūt aromata ⁊ vngenta. Hec aūt pparatio fuit die in q licuit opari f̄m legē: aliter em̄ mulieres sancte cōtra legis pceptū nō laborassent/ pparādo vngēta ⁊ emēdo aromata: ⁊ ita nō erat dies qntadecima lune: qr die qntadecima fuit solēnitas ⁊ pma dies azimoꝝ: sicut ōr Exod. xij. Septē dies azima comedetis. Et seqtur: Prima dies erit sancta atq3 solēnis/ ⁊ septima eadē festiuitate venerabilis/ nihil opis facietis in eis exceptis his que ad vescendū ptinent. Dies ergo passionis Christi quo ⁊ sepultus est/ fuit decimaquarta luna quam precessit cena. Fuit igit̃ cena tertiadecima luna cum discipulis celebrata. ¶ Jtē glo. sup illud Lu. xxij Appropinqbat dies fest⁹ iudeoꝝ ōr. Inter pascha ⁊ azima hoc distat/ ꝙ pascha vocabat̃ sola dies i qua agnus comedebatur ad vesperam. i. quartadecima luna pmi mensis. Dies azimoꝝ erant a qntadecima luna vsq3 ad .xxj. diem eiusdē mēsis xv. itaq3 dies erat pma solēnitas ⁊ festum azimorum in quo dn̄s nō est crucifix⁹: sed die pcedente f̄m illud pncipū iudeoꝝ: Non in die festo ne forte tumult⁹ fiat in pp'lo. Ex hoc ꝯsequēter inferūt/ ꝙ Christus in pane fermētato ꝯfecit: quia cenauit tertiadecima luna: in qua nondum fuerat azima in domibus iudeoꝝ. Cōsecrauit em̄ in pane quo tunc vtebant̃ iudei: non aūt vtebant̃ azima an̄ vesperā diei .xiiij. q comedebāt pascha: vt h̄r Exodi xij. ¶ Preterea ad idem arguūt: Magis ꝯuenit ꝯficere in fermētato q̄3 in azima: nam fermētatuꝫ expssius r̄pñtat Christū q̄3 azima. Fermentū enim significat charitatis feruorē: vt vult glo. Mat. xiij sup illud: Simile est regnū celoꝝ fermētorē. Sȝ p azimā r̄pñtat̃ puritas Christi a pctō. Mai⁹ autē bonū est feruor charitatis q̄3 puritas a pctō: ergo fermentū repsentat Christū q̄tū ad maius bonum q̄3 azima. ¶ Jtem arguūt: Si dn̄s nolebat nos s̄uare ritū iudeoꝝ: videt̃ ꝙ nec ipe s̄uauerit: nō ꝯfecit in azima. ¶ Jtē adueniēte v̄itate cessare debuit figura: ḡ adueniēte Christo q veritas est. Joā. xiiij. cessare debet vmbra. Existēte igitur vero pane scȝ Christo Joā. vj. Ego sum panis viuus ⁊c̄. cessare debuit panis figuratiuus. s. panis azimus: nec de cetero sumi in vsum: alioqn vtentes eo iudaizarēt. ¶ Jtem ꝯtra latinos arguūt: Uos

qđ ꝑcepit lex quantū ad azima obseruatis ad lit-
terā. Littera aūt occidit. i. Coꝛ. iij. Sic ẜ facien-
tes mortē opamini/nō meremini ad vitā. ¶ Item
obijciūt/in euangelio vbi fit mentio huiꝰ sacri/in
greco habet archon: sed archon ꝓ fermentato ac
cipit/ideo ꝯficiendū est in fermētato. ¶ D
His rōibꝫ greci ꝓmoti dicūt in solo fermētato pos
se cōfici eucharistiā ꝛ in tantā insaniā ꝓrupeꝛunt:
ꝙ qꝛ euāgeliste Mat. Mar. ꝛ Lu. ponunt cōtra-
rium vt patebit: ausi sunt dicere ꝙ falsuꝫ scripse-
runt: ꝛ ꝙ Joānes eos correxit. Vn̄ vt dꝛ Inno. ip
si asserūt parasceue luna decimaq̄rta extitisse: in q̄
verus agnus est immolatꝰ: vt legis impleret fi/
gura: q̄ decimaq̄rta luna ꝑmi mēsis paschalem
agnū iusserat immolari. Dn̄s igit eadem die paś
surum se esse ꝑnoscēs/in ꝑcedēti vespa necessitate
cōpulsus anticipauit comedere pascha: quo tūc
licite poterat comedi fermētū: ꝛ ita ipsi in fermen
tato cōficiūt. Hoc de illo scꝫ recitatōe erroris gre
coꝝ cum suis ꝓbamentis. ¶ E Quātū ad se
cundū est veritas ostendenda: vnde sine omni du-
bitatōe credēdum est ꝙ Christus agnum pascha-
lem māducauerit decimaq̄rta luna sm̄ legis dis-
positōem/quam nō venit soluere sed adimplere.
Et qm̄ in eadē cena post agnū typicū eucharistiā
cōfecit: in qua seipm̄ agnū veꝝ discipulis suis de
dit sub specie panis. Nec erat tunc panis fermen
tatus in iudeoꝝ domibꝫ. Dedit ergo seipsum suis
discipulis sub specie panis azimi māducādū: nā
Exo. xij. dꝛ: Edent carnes assas igne nocte illa et
azimos panes. Et sequit: Habebitis aūt hūc diē
in monimentū: ꝛ celebrabitis cum solennē dn̄o in
gn̄atōibus vestris cultu sempiterno. Septem di
ebus azima comedetis: in ꝑmo die nō erit fermē-
tum in domibꝫ vestris. Quicunqꝫ comederit fer-
mentū/ꝑibit aīa illius de Isrl̄ a ꝑma die vsqꝫ ad se
primū diem. Prima aūt dies incepit a vespa lu-
ne decimaq̄rta. Vn̄ sequitur ibidem: Primo mēse
xiiij. die mensis ad vesperā comedetis azima vsqꝫ
ad diē duodecimū eiusdē mēsis ad vesperā septeꝫ
diebꝫ fermētum nō inuenietur in domibus vestris.
¶ Ex qbꝫ manifeste patet ꝙ ad vespam diei. xiiij.
ꝑmi mensis q̄ comedebat agnus paschalis vsqꝫ
ad duodecimū diē eiusdē mēsis non fuit fermen-
tū in edibꝫ. Christus igit eadē die post agnū lega
lem eucharistiā conficiēs/nō in pane fermentato
sed in azimo cōfecit. ꝙ aūt christꝰ decimaq̄rta lu-
na agnum pascalē comedit ꝛ nō ꝑueniendo deci-
materna die/patet: qꝛ Mat. xxvj. dꝛ: Prima au
tē die azimoꝝ accesserūt discipuli ad Jesum dicē
tes: Vbi vis paremꝰ tibi māducare pascha. Et se
quit: Et parauerūt pascha. Vespe aūt facto dis-
cumbebat cū duodecim discipulis. Vn̄ glo. Pri
ma die azimoꝝ. i. decimaq̄rta die ꝑmi mēsis/quā
do obiecto fermētato agnū imolabāt ad vespam.
¶ Itē Mar. xiiij. Die ꝑmo azimoꝝ qn̄ pascha im
molabāt/dicūt ei discipuli: Quo vis eamꝰ ꝛ com
paremus tibi vt māduces pascha. Et sequitur:
Et parauerūt pascha. Vespe aūt facto venit cum
duodecim. ¶ Itē Lu. xxij. Venit aūt dies azimo-
rum in q̄ necesse erat occidi pascha. Et misit Pe
trum ꝛ Joānē ꝛc̄. sequit Et parauerūt pascha. Et
cum facta esset hora discubuit: ꝛ duodecim disci-
puli cū eo. Fecit ẜ dn̄s pascha eo die q̄ nec̄e erat
occidi pascha: hec fuit decimaq̄rta luna mēsis ꝑ-
mi: vt pꝫ ex ꝑdictis. ¶ F Ex quo seqt ꝙ non
in fermētato sed azimo ꝯfecit. Item ritus ꝯsecrā-
di in azimis eccl'e romane habet ex institutiōe apo
stoloꝝ cū qbꝫ dn̄s cenauit: quibꝫ ꝑsentibꝫ eucha-
ristiam confecit/eis dedit: eosqꝫ in dispensatores
eucharistie cōsecrauit: qđ est maximū argumentū
ad ꝓpositū confirmādū: vnde Inno. id soluꝫ suffi-
cit latinis contra grecos/ꝙ constātinopolitanā
eccl'am multarum heresum corruptio fermēta-
uit: vt nō solū hereticos/verū etiā heresiarchas ꝓ
duceret. Romanā aūt eccl'iam sup apostolice fi-
dei petrā stabili soliditate fundataꝫ/nulla ꝑsus
heretice prauitatis ꝓcella potuit cōquassare: sed
illud semꝑ integra fide seruauit: qđ ab ipsis apo-
stolis accepit: q̄ eam ꝑsentialr̄ sacris doctrinis in
struxere: ꝛ ecclastici ritus regulaꝫ docuerūt. Ab
ipsis ẜ beatis apl'is Petro ꝛ Paulo q̄s ꝛ viuos ha
buit ꝛ defunctos custodit: huius sacrificij ritum
accepit: quod hactenus inuiolabili cultu serua-
uit. ¶ Veꝝ lꝫ consecrādū est in azimis quōꝛ Chri
stus consecrauit ꝛ romane eccl'e ritus habꝫ/nihil
ominꝰ tn̄ in fermētato pōt confici: qꝛ non differt
fermentatū ab azimo substātialr̄ ꝛ sm̄ spēm: lꝫ ac
cidēte solo. Et sicut indifferēter ex vino albo ꝛ ru
beo conficit: lꝫ Christus in altero tm̄ confecit: ita
sm̄ btm̄ Ans. non tm̄ ex azimo/sed etiā ex fermen
tato confici pōt. Vn̄ btūs Ansel. in epl'a allegata
ait: Propter hoc solū videt se ꝛ carnem suaꝫ pa-
nem vocasse/ꝛ de pane corpꝰ suum fecisse: qꝛ sicut
ille panis azimꝰ vel fermētatꝰ dat vitā transitori
am: ita corpus eiꝰ eternā: nō qꝛ fermentatꝰ est vel
azimus. Hec Ans. Indifferēter ẜ se hꝫ q̄tum ad
hoc ꝙ ex vtroqꝫ potest cōfici veꝝ corpus Christi:
vn̄ ꝛ greci vere conficiunt ceteris paribꝫ: nec ex h̄
tantū arguendi sunt/q̄tum ex hoc ꝙ damnāt cō
ficientes in azimo/dicētes ꝙ non conficiunt: vn
de in hoc errāt ꝛ heretici iuste iudicant. ¶ G
Orta est aūt hec dissentio grecoꝝ a latinis: qꝛ si-
cut dꝛ Leo papa: qn̄ error vigebat de legali obser
uantia/q̄ fuit Ebionitaꝝ: q̄ dixerūt necessariū eē
christianos iudaizare: ꝛ ꝑ consequēs pascha suuꝫ
in azimo cōficere: decreuerūt ꝙ eccl'a nō cōficeret
de azimo sed fermentato q̄usqꝫ error ille cessaret.
Vn̄ eccl'a ꝑmo cōficiebat de azimo. Scđo de fer-
mētato. Tertio cessante hac cā redijt eccl'a roma
na ad ritū ꝑmū ꝛ confecit ex azimo. Greci ꝟo tā
q̄ supbi noluerūt ad ritū ꝑmū redire: ꝛ ex h̄ coa-
cti sunt suū errorē defendere. Primo dicentes se
hūc ritum accepisse a patribꝫ. Scđo qꝛ hoc non
sufficiebat/addiderūt rōnem/ne iudaizarēt. Ter-
tio qꝛ nec hoc sufficiebat/si dn̄s confecisset in azi-
mis/ausi sunt dicere/ꝙ dn̄s conficiebat de fermē
tato. Et qꝛ euāgeliste cōtrarium dicunt/ausi sunt

possunt habere omnem actõem quã habere potuerunt in subiecto: ac deinde an ois transmutatio passiua possit causari ab agente naturali circa accidẽtia in eucharistia manẽtia q̃ fierent si essent in subiecto. ℂ Circa pͥmum aduertendũ ꝙ triplex actio põt ꝯuenire accidẽtibꝰ/ vna respectu substãtie generande/ ꝛ due respectu accidentis ꝓducendi: vna respectu cognitõis causande in potẽtia cognitiua/ altera realis in passum habẽs realr contrarium. ℂ Quãtũ ad pͥmum est quorundã opinio/ ꝙ accidẽs separatũ non põt esse pͥncipiũ generandi subam/ nec pͥncipale nec instrumentale: sed nec corrumpendi substãtiam intãtũ ꝙ si tota substãtia ignis in sphera sua destrueret̃: remanentibꝰ oibꝰ accñtibꝰ: ꝛ ita maximo calore gutta aque ibi posita nunq̃ corrumpet̃ ab illis: q2 sicut gñatio substãtie ita ꝛ corruptio eius nõ potest fieri nisi a substãtia. Huius pͥncipale motiuum est/ q2 totale causans non pt̃ esse imꝑfectius causato. Cum ergo spẽs essent totale agẽs (nõ eñi cũ eis ꝯcurrit aliq̃ substãtia) cũ substãtia panis ꝛ vini nõ sint: nec alia ergo spẽs q̃ sunt accñtia non possunt esse cause respectu substãtie gñande vel corrũpẽde. Et nõ corrũpẽde: q2 nihil põt corrumpe substãtiã nisi habeat ṽtutẽ ꝓducẽdi substãtiã: ꝛ p hoc pꝫ fm illã opinionẽ/ ꝙ spẽs sacrales nõ possunt ꝓducere substãtiam in quacũq̃ materia: ꝛ hec est opinio Sco. di. xij. q. iij. quarti scͥpti. ℂ Aliť opinat̃ btũs Tho. in iiij. scͥp. eadẽ dis. q. j. quam Sco. vbi s̃ recitat et improbat. Tenet aũt ꝙ spẽs in ṽtute forme sbalis pñt agere ad formã sbalem tanq̃ ad terminũ sue actionis: quã ṽtutẽ receperũt a forma panis ꝛ vini/ dum pͥmo in pane ꝓducte sunt ꝛ vino: que ṽtus in eis manet desinẽtibꝰ pane ꝛ vino: sicut eis manet idẽ esse qd̃ in eis receperũt. ℂ B Sed quicq̃d sit de illis opionibꝰ/ pt̃ h dici post Guilh. ockam/ ꝙ accñs põt esse causa ꝑtialis substãtie generãde ꝛ corrumpẽde tam ꝯiunctũ q̃ separatum. nec oportet refugere ad ṽtutẽ a substãtia receptã Sed hoc ꝯuenit sibi a ꝓpria natura. Nam eadem rõne qua ꝑsuadet̃ substãtiã esse cãm substãtie/ eadẽ etiã ꝓbat̃ accñs esse cãm sbe/ licꝫ neutꝝ potest demõstrari: nam sicut ad pñtiam substãtie sequit̃ ꝓductio vel corruptio substãtie/ q̃ nõ corrumpet̃ vel ꝓduceret̃ in eius absentia: ꝛ ideo substãtia dꝛ ꝓductiua vel corruptiua substãtie: vt pꝫ de igne ꝓducẽte ignẽ ꝛ corrũpẽte aquã. Sic etiã ad pñtiam caloris ꝓducit̃ ignis ꝛ ꝯsumit̃ aqua: qd̃ non fieret sine pñtia caloris: immo aliqñ ad pñtiã caloris sine igne ꝓducit̃ ignis vt in motu forti confricatõis: vt in molẽdinis nõnunq̃ ꝯtingit: nunq̃ autem ad pñtiam ignis sine calore. Nec aliqua alia via põt ꝓbari aliq̃d esse cãm alterius. Verum rõ non demonstrat: q2 instantia est de aĩa intellectiua q̃ a solo deo causat̃: ꝛ tñ ꝓductiõem eius ꝑcedit ꝯmixtio maris ꝛ femine sicut in generatione bruti: vñ si esset hec materia informata forma ignis: ꝛ alia esset informata forma aque sine omnibus accidentibꝰ hincinde: tũc posset deus experire certitudinalr: vtꝝ substãtia gñaret substãtiã sine accidentibꝰ. ꝛ si sic/ tunc posset sustineri ꝙ accidẽtia non essent cause ꝑtiales illius gñatõis substãtie. Si nõ/ tunc necesse foret ponere ꝙ accñtia essent cãe ad minꝰ ꝑtiales sbe: sic etiã si ad pñtiam accidentiũ separatoꝝ ꝓduceret̃ suba/ posset certe sciri ꝙ accñtia ꝓducerent substãtiã pͥnpaliter sine substãtia ꝯcurrẽte. sed q2 nullibi est inuenire substantiã sine accidẽtibus/ nec accidentia extra substãtiã naturalr: ideo certitudo hrĩ neq̃t. ℂ C Neqꝫ videt̃ posse demõstrari ex se notis ꝙ aliqua creatura causet quẽcũq̃ effectũ efficiẽter: q2 possꝫ ꝑtinaciẽs dicere: ꝙ ois effectus positiuꝰ immediate est a solo deo/ quãtumcũq̃ ꝯcurrũt cause scd̃e: sicut dꝛ de ꝓductiõe anime intellectiue: cui posset applicari illud aplĩ: Ego plantaui/ Apollo rigauit: deus aũt incremẽtũ dedit. q̃si diceret: Et si a creatura actiua passiuis applicant̃/ deꝰ tñ est qui opat̃ omnia in omnibꝰ: ꝛ posset rõ addi/ quia sine deo nihil ꝓducit̃: vt patꝫ in igne Caldeoꝝ pueros non ꝯburẽte: ꝛ in similibꝰ multis miraculis ꝛ ipse solus in pͥncipio creatõis mundi omnia produxit: ideo videt̃ ꝙ eque ꝓbabile est accñtia partialr ꝓducere subam sicut ꝙ sube ꝓducant substãtias/ cum neutꝝ sine altero ꝓducit. ℂ Nec ratio Scoti aliq̃d ꝓbat: q2 admisso ꝙ cã totalis nõ sit imꝑfectior causato: nõ sequitur ideo ꝙ causa ꝑtialis nõ possit esse imꝑfectior causato. Nulla autẽ creatura pt̃ esse causa totalis efficiẽs cuiuscũq̃ effectus: q2 deus est causa pͥncipalis cuiuslibet effectus positiui: q̃ sine alterius cause ꝯcursu potest ꝓducere effectũ: ꝛ nulla causa secũda sine ea: ideo in omni actõe cause totalis efficiẽs est ꝑfectior causato/ ꝓpter deũ pͥncipalr ꝯcurrẽtẽ. Et si illa ꝓpositio ꝙ causa non est imꝑfectior causato/ restringeret̃ ad causas secundas: tunc patit̃ multiplicẽ instantiã: vt pꝫ de ꝓductõe animaliũ ex putrefactõe vbi non concurrit aial viuens. Et si dꝛ ꝙ concurrit celum: celum nõ est ꝑfectius essentialr viuente: fm btm̃ August. dicẽtem/ ꝙ viuentia in ꝑfectione pͥponunt̃ nõ viuentibꝰ. ℂ D Per hoc ad ꝓpositum dꝛ post Alex. de ales ꝑte. iiij. q. xl. art. j. mẽ. ij. §. ij. ꝙ spẽs sacrales hñt eandem ṽtutem agendi in materiã exteriorẽ: quam haberẽt si eẽnt ꝯiũcte substãtie panis ꝛ vini. Ad hoc allegat Alexander Innocentiũ dicentem: Spẽs prout sunt mirabilr non pͥuantur ṽtute nec ꝓprietatibꝰ naturalibꝰ/ naturalr exeunt in huiusmodi opa: q2 eis sunt ꝓpria per naturã: ꝛ per hoc patꝫ ꝙ spẽs tanq̃ obiecta possunt ꝓducere sensatõem sui cum potentia: puta videri possunt/ odorari/ tangi ꝛc̃. q2 ad illas actões nihil ꝯfert subiectum. Non enim sentiunt̃ ꝓpter subiectũ: sed ex ꝓpria natura sunt q̃litates sensibiles. Suo modo dicẽdũ est de accidẽtibꝰ realibꝰ. Potest eñi caliditas hostie ꝓducere caliditatẽ in aere circũstãte/ aut alio tãgẽte: humiditas humiditatẽ naturalr: sic ergo patꝫ ꝙ spẽs ille agunt naturalr ad ꝓductõem sbe/ ꝛ eiꝰ corruptõem: vt ad corruptõem musce cadẽtis in calicẽ ad

gñationē gutte aq̄ ex aere si spēs panis ceñt cōgelare ꝛ subito calide illa te: pñt ꝓducere q̄litates reales: sūr ꝛ spūales in potentia sensitiua ꝛ intellectiua tanq̄ obiecta. Et notanter additum est in materiam exteriorem: qꝛ an spēs ille seipsas alterari possunt: hoc est vna aliā corrūpere/ ꝛ aliā in locuz corruptū abducere: vt si spēs panis cōgelate mitterentur in vini spēs calidas/ an spēs vini remitterēt frigiditatē ꝛ ꝓducerent caliditatē in particula cōgelata: dicet̄ statim infra. ¶ E Per hoc consequēter dicit Alex. q. xl. par. iiij. ar. ij. mē. ij. §. ij. ꝛ post eū sctūs Bona. ꝙ spēs vini inebriare pñt: licet nō pñt naturaliter reficere vel nutrire: vñ dicit: Uirt⁹ naturalis relicta in spēbꝰ naturalit̄ potest imutare sensus: vñ bene cōcedo ꝙ virtus vini mirabiliter relicta in specie pōt naturalr̄ agere in gustū: ꝛ in tanta quantitate posset sumi ꝙ inebriaret naturalr̄. Uirtus eñ hmōi qꝛ est naturaliter diffusiua/ pōt se naturalr̄ diffundere ꝑ aera vsq̄ ad cerebrū ꝛ ꝑturbare spūm/ ꝛ sic inebriare: sicut etiā q̄nq̄ ex forti odore vini q̄dā inebriantur: qui tñ vinū nō biberūt. Et ad hoc adducit̄ illud. qđ habet̄ in textu ꝛ in glo. ꝙ aliqui inebriati sunt ex vsu speciez: quos notat aplūs cum dicit: Alius q̄dem esurit/ alius aūt ebrius est. vbi glosa notat eos qui munera q̄ offerebāt altaribꝰ pro sacrificio cōficiendo: pacto illo sibi resumebant: nec aliis nō habentibꝰ cōicare sinebant: sed soli sumebāt: vt inde etiā inebriarent̄ aliis esurientibꝰ. Hec glo. Non tñ naturaliter reficiūt ꝛ nutriunt: nā refectio est q̄ñ loca euacuata ꝑ caloris naturalis actionē replent̄ nutrimēto digesto: ꝛ sic precedit nutritionē. Nutritio dr̄ q̄ñ alimentū simile factum vnit̄ alendo: ꝛ informat̄ forma partiali viuentis: Hec ergo ꝛ refectio ꝛ nutritio fieri nō potest ex solis speciebꝰ ꝛ accidētibus: de quo statim dicet̄. ¶ F Nunc de mutatione passiua que fieri potest circa illas spēs: quedā mutatiōes fieri possunt in speciebꝰ manente nihilomin⁹ eucharistia. Quedam fieri possunt circa spēs ꝓpter quas desinit esse eucharistia: q̄ aūt sint ille vel iste notari pt̄ ꝑ hāc regulā: ꝑ nullā trāsmutationē factam circa spēs sacrales desinit esse corp⁹ Christi sub eisdem cū qua maneret sub̄a panis aut vini/ si nō fuisset facta ꝯuersio: ꝛ q̄ñcūq̄ fit trāsmutatio circa spēs sacrales ꝑ quā corrūperet̄ panis sub̄a aut vini si essent. Desinit esse corpus Christi in eo instāti in q̄ desineret panis aut vinū. Instituit eñ deus sub eucharistie. i. sub speciebꝰ panis ꝛ vini: quā ex nimia charitate dedit spōse sue eccl'ie: tādiu cōseruare spēs eisq̄ succedentes sine subiecto: ꝛ sub illis ac q̄buscūq̄ in locū earū succedentibꝰ p̄sentiā sui corporis ꝛ sanguinis exhiberet q̄diu sub illis maneret sub̄a panis ꝛ vini/ si ꝯuersi nō essent. ¶ Secūda regula: Deus ea volūtate qua eucharistiam esse voluit in eccl'ia/ disposuit oēs trāsmutatiōes ꝛ effect⁹ circa illas spēs pñre actiuo naturali causare inmediate: ad q̄s agēs naturale ꝓpter subiecti defectū nō pt̄ attingere: q̄s tñ agēs naturale causaret si sub̄a conuersi ꝑmaneret: ꝛ h̄ non nouo miraculo: sed volūtate qua instituit eucharistiā: ne si spēs viderent̄ intrāsmutabiles meritū fidei euacuaret̄. Uoluit eñ dñs vt nulla naturali experiētia ꝓbari posset pñtia sui corporis sub istis speciebꝰ: sed sola fides cerneret: vñ merita sui fructū reportaret. ¶ G Et ideo oēs trāsmutatiōes q̄ fierēt naturalr̄ circa istas spēs: siue in subiectis/ siue in q̄ntitatibꝰ/ siue q̄litatibꝰ ꝑ gñerationem/ corruptionē/ alterationē/ rarefactionē/ vel cōdensationē: si nulla facta fuisset cōuersio: etiā nūc fiūt facta conuersione: Quedā a causis naturalibus: q̄dā a solo deo inmediate supplēte actionē causaꝝ naturaliū: nec ꝑ hoc aufert de⁹ ab gente naturali suā ꝓpria actionē. Nō eñ aufert q̄ sibi cōpetere pñt scz trāsmutatiōes de forma in formā / existente subiecto / terminos hmōi trāsmutationū deficiente. Actiones aūt q̄ naturalibꝰ agentibꝰ conpetere nō possent: scz vbi nō est subiectū vtriusq̄ termini trāsmutatiōis ꝓpter desitionē sub̄e panis et vini conuersoꝝ/ illā sua potētia imediata supplet siue nouo siue antiq̄ miraculo paꝝ refert. Nō eñ deus laborat faciēdo miracula ad suoꝝ salutē fideliū. Si eñ effect⁹ super naturā a deo imediate ꝓductus de nouo: nō dr̄ nouū miraculū: qꝛ nō producitur volūtate noua: sed voluntate antiq̄: tū ex ꝑte dei nulla sit volūtas noua: sed q̄cunq̄ de nouo fiūt a deo/ sunt ab eterno imutabili voluntate volita/ nullū erit miraculū nouū: Si vo dicitur nouū miraculū: qꝛ effect⁹ nou⁹ est / totiēs fiunt a deo miracula noua/ q̄tiens a deo ꝓducit̄ effectus imediate supra naturā. ¶ H Pōt addi tertia regula: Nulla transmutatio acquisitiua pōt fieri a causa naturali nisi in subiecto p̄supposito: patet/ qꝛ nisi sic creatura posset creare: qꝛ q̄cquid producitur ꝛ nō de potētia subiecti/ creat̄. nā qđ nō ꝓducitur de potētia subiecti/ ꝓducit̄ de nihilo: qđ vero de nihilo producit̄ creatur. Fm magistrum di. stin. j. Quia in hoc discernit creare a facere: quia creare est aliquid de nihilo producere. Facere vo aliquid producere siue de nihilo siue de subiecto p̄supposito. ¶ Dicit̄ notanter/ nulla transmutatio acquisitiua: quia fm Guilhel'. ockā. Trāsmutatio deꝑditiua fieri pōt nullo etiam presupposito subiecto. Creatura eñ fm eum licet nō possit creare/ potest tamē annihilare. Cuius rōnem in suo quarto scripto. q. viij. assignat: qꝛ q̄ñ agens naturale equaliter ꝛ indifferent̄ se habet ad multa seu infinita sub aliqua specie causabilia: equalit̄ vel eque primo facit omnia vel nullū. Cū aūt agens creatū equaliter ꝛ indifferenter se habeat ad oēs effectus causabiles in aliqua specie/ puta ad infinita indiuidua sub specie humana: ꝛ quia omnia creabilia sunt purum nihil/ non plus appropinquat vnū creabile agenti naturali q̄ aliud: ꝛ per cōsequens equalr̄ omnia talia respicit: ꝛ ita si posset creare/ ratio assignari non posset quare pl⁹ crearet vnum q̄ mille/ immo q̄ infinita. Quia autē creatura nō pt̄ simul creare infinita/ nō pt̄ aliquid

creare. Agens aūt naturale aliter respicit vnum annihilabile q̄ȝ aliud: eo q̄ quodlibet eoꝝ est in actu ⁊ vnū pōt plus appropinq̄re agēti naturali q̄ȝ aliud: ideo plus pōt annihilare vnū q̄ȝ aliud. Unde mirabile ait videt̄/ si modicū frigus separatū approximaretur maximo igni q̄ ignis ille nō posset illud frigus modicū destruere. Nō potest aūt destrui nisi ꝑ annihilationē. ¶ Uerū illa rō videt̄ cōq̄ procedere de generatiōe forme de potētia subiecti: ideo sicut ibi dicatur ita in ꝓposito: q̄ causa naturalis determinat̄ quo ad indiuiduū a causa prima scȝ deo: qui q² est causa volūtaria/ in volūtate sua est cōcurrere ad ꝓductionē vni⁹ ⁊ non alterius. ¶ J Ideo alij dicūt cōmuniter/ q̄ sicut creatura nō potest creare/ ita nec annihilare: q̄ q̄ȝ ois virtus creata p̄supponit subiectū in oī sua actione/ tā acq̄sitiua q̄ȝ deꝑditiua. Et hoc tenendo: q² vtrūq̄ȝ ꝓbabile/ nō oportebit addere in regula acquisitiua. ¶ Per hoc descendēdo ad particularia/ dicit̄ p̄mo q̄ nulla transmutatio passiua ad substantiā in loco specieꝝ sacramētaliū ꝓducendam pōt fieri virtute agentis naturalis: hoc est dictu/ q̄ nulla virtus naturalis pōt ꝓducere substātiaȝ in loco specieꝝ: sub speciebꝫ spēs sacr̄ales succedētibus: patet/ quia illa substātia cū non ꝓducat̄ de potentia subiecti creat̄. Nulla autē virtus creata attingit effectiue ad terminum creatiōis: vt nunc supponit̄. Ex quo patet q̄ illa substātia immediate ꝓducit̄ a deo ꝑ scd̄am regulā suprapositā. Gratia exempli: Si ꝑ putrefactionē spēs sacramentales alterent̄ intantū q̄ si ibi esset substātia panis ipā corrumperet̄ ⁊ generaret̄ vermis: in illo casu vermis ꝓducit̄ imediate a deo. Sic si producit̄ ignis/ cinis aut puluis/ aut nutrimentū in corp⁹ sumētis species cōuertendū. ¶ R Sed querit̄ an in casu totū cōpositū producat̄ a deo/ an sola materia. Et si materia/ an illa redeat que cōuersa est in substātiā corporis Christi: hoc est materia panis ⁊ vini eadē numero. ¶ Quāuis hic varia respondēt doctores tn̄ breuiter dicit̄ post Sco. ⁊ ockā/ q̄ deus potest creare totā substātiā/ potest creare solā materiā: ⁊ eandē que conuersa est vel aliā de nouo. ¶ Primū patet: q² ibi necessario ꝓducit̄ cōpositū qd̄ afficiat̄ accidētibꝫ panis si mansisset incōpossibilibꝫ: illud aūt a virtute naturali ꝓduci nō potest: cū ibi producat̄ simul materia et forma. Materia aūt a virtute naturali produci non potest. Qd̄ aūt cōpositū necesario producat̄ patet: q² deus statuit nulla accidentia conseruari sine subiecto/ nisi ea sub quibꝫ cōtinet̄ corp⁹ Christi: ideo alteratis spēbꝫ sacr̄alibꝫ vsq̄ȝ ad gradum incōpossibilē substantie panis/ si ibi esset/ desinit corpus christi esse p̄sens. Et q² illa accidentia sm̄ gradū incōpossibilē nō erant sine subiecto: necesse est igit̄ redire materiā: illa aūt non redit nuda. Nec tali inesse possunt accidentia naturaliter: ergo redit informata substātiali forma ⁊ ita composita. ¶ Scd̄m patet: q² creata materia in eodem instanti dispositiōes q̄litatiue pñt cōcurrere cū deo ad educendā formā quam eduxissent de materia panis si ibi esset. Tūc aūt cōcurrissent ad ꝓductionē forme vermis/ ignis/ cineris/ pulueris/ vel nutrimenti: ergo ⁊ nūc: tenet ꝯña: q² nullū impedimentū assignari pōt/ nisi diceret̄ q̄ p̄supponunt materiā vt priorē: ⁊ ideo in istanti creationis materie nō sufficiūt agere/ q² deficit p̄oritas. Sed h̄ non impedit: q² ista p̄suppositio ⁊ p̄oritas non est tēporis sed nature. Un̄ si existente sole ꝓduceret̄ aer: vel etiā simul cū sole in eodē instanti illuminaret̄ aer quo ꝓduceret̄ sol ⁊ aer: instanti dico tp̄is nō nature: cōcurrētibꝫ g̃ dispōnibꝫ q̄litatiuis cum deo ad ꝓductionē forme sola materia immediate creat̄ a deo: ⁊ forma naturalr̄ generat̄. Ueꝝ sm̄ opi. Sco. tenētis q̄ accidētia nō attingūt substātiā tanq̄ȝ terminū sue actiōis: oportet dicere q̄ prima forma subal̄ a solo d͞o creat̄: sequētes vero naturalr̄ ꝓducuntur. Tertium patȝ scȝ q̄ p̄t reproducere eandē materiā nūero q̄ ꝯuersa est/ ꝯ eos q̄ dicūt corruptū vel ānihilatū idē nūmero redire non posse: q² nihil seq̄ns ānihilationē materie/ non est alteri⁹ rationis cū nihilo p̄cedēte creationē materie: sic termin⁹ ānihilatiōis ad quē: ⁊ terminus creatiōis a q̄ nō sunt diuersi ⁊ nō ē maior distātia ad nihil seq̄ns q̄ȝ p̄cedēs ānihilationē ⁊ creationē g̃ eadē potētia p̄t sup hāc ⁊ illā: g̃ q̄ pōt creare de nihilo/ p̄t etiā redactū ad nihilū recreare. ¶ Item vnū nō pl⁹ implicat ꝯdictionē q̄ȝ aliud: g̃ sicut p̄mū p̄t deus scȝ creare de nihilo: ita p̄t illud qd̄ transiuit in nihil recreare: pōt nihilomin⁹ nouā materiā q̄ p̄us nō fuit creare sicut placuerit sue sapiētissime volūtati. ¶ L Ex illo patȝ quō spēs sacr̄ales nutriūt: ⁊ q̄d in nutritiōe sumētis eucharistiā conuertit̄ in subām corꝑis sumentis: nō enī spēs ille q² spēs in subām ꝯuerti nō pñt. Sȝ nutrimentalis suba de nouo ꝓducta i instāti desitiōis corꝑis chr̄i reficit ⁊ nutrit ꝑ oia: ac si panis ꝯuersus fuisset i nutrimētū. ¶ Quartū/ q̄ p̄t nouā materiam creare dubiū apud fideles nō hȝ. Et his satis videt̄ ꝯcordare dn̄s Inno. li. iiij. de ecclias. offi. di. Si vo q̄rat̄ q̄d a mure comedat̄ vel q̄d incineret̄ cuȝ sacr̄m cremat̄. Rn̄det̄ q̄ sicut miraculose suba panis ꝯuertit̄ in corp⁹ dn̄icū ⁊ incipit esse sb̄ sacr̄o sic ipā q̄dāmodo miraculose reuertit̄: cū ipm̄ corpus dn̄icū ibi desinit esse. Sicut enī in alijs opibus mirabilibus expleto officio ꝓpter qd̄ condita erāt: illa q̄ mirabilr̄ erāt cōdita redacta sunt in p̄mū statū: sic d͛ de colūba in q̄ apparuit spūssanctus: videlicet q̄ ꝑacto officio suo in p̄iacētem redijt materiā vn̄ assumpta est. Silr̄ ⁊ de stella magoꝝ ductrice/ q̄ ꝑacto officio mox eē desijt reuertens in p̄iacentē naturā vnde sumpta fuerat: vt habetur in glo. Mat. ij. Sic dicunt esse in ꝓposito q̄ qñ species desinunt esse sacr̄m/ substātie naturales specieꝝ in suū reuertunt̄ statum/ sicut p̄us fuerant miraculose transmutate. Huic ꝯsentit Alexā. ⁊ sanctus Bonauen. ¶ Uerum non est omni mō simile de speciebꝫ sacramētalibꝫ: quia in illis apparitionibꝫ columbe ⁊ stelle materia non

desĩit nec ↄuersa est: ꝛ ideo pacto officio desinente forma columbe ꝛ stelle/ materia manet eadem ante ꝛ post/ sola forma mutata. Hic vero tota panis substantia quo ad materiã ꝛ formam trãsit: qꝛ totũ ↄuertiť in totum: ꝛ ita nulla materia manet. Et ideo si illi de reditõe subͤe intelligunt ħ de materia tm̃/ ita ꝙ materia ip̃a eadeꝫ q̃ fuit in pane numero vel specie ꝑ nouam creatõem: verum est dictum illoꝝ. Si v̾o intelligũt ꝙ etiã forma panis redeat/ ꝛ ita totus panis non videť posse sustineri qꝛ vel in eo instanti rediret in quo qualitates sunt forme panis incompossibiles: vel añ vl' post. Nõ ꝓmum/ qꝛ tũc qualitates essent in subiecto sibi incompossibili/ qd̾ implicat: nec post/ eadem ratõe: nec añ/ qꝛ tũc panis esſꝫ simul cum corꝑe Christi: qꝛ corpus Christi manet vsqꝫ ad instans incõpossibilitatis: ideo materia redit ꝑ nouam creatõnem ip̃a q̃ p̄fuit: vel alia eadẽ sp̃ẽ cũ ꝓ ozeð nouo creať ꝛ forma/ nõ panis: sꝫ cui ↄueniũt qualitatiue dispositiones puta vermis/ ignis/ cineris/ pulueris vl' nutrimẽti gñať in materia redeunte: vel etiam a solo deo creať/ vt s̃ dictũ est. ¶ Nisi diceret sicut videť dicere Innoc. ꝙ Christ⁹ qꝛ in eucharistia est vt nutrimẽtũ sp̃uale/ est ibi q̃ꝫdiu sp̃ẽs sunt nutrimentũ ↄueniẽs corporali. i. q̃ꝫdiu panis sub huiusmodi sp̃ẽb' esset ↄueniens nutrimentum corporale. Panis aũt ꝛ vinum nõ q̃ꝫdiu manent ẜm subam/ sunt ↄueniens nutrimentũ corꝑale: sed ꝑ mutatõem qualitatũ certam/ cessant esse nutrimẽtum/ q̃ꝫuis manẽt ẜm subam: ꝛ sic corruptis sp̃ẽbus ẜm eam habitudinẽ ẜm quam essent ↄueniẽtes nutrimẽto desinit eẽ corpus christi ibi: ꝛ iõ redit suba panis q̃ põt affici sp̃ẽb' non ↄueniẽtibus nutrimento: de qua ꝓus naturalr̃ gigniť vermis vel ignis ꝛc̃. Sed illud est contra ↄmune dictum doctoꝝ: ꝙ tamdiu manet Christus sub sp̃ẽb'/ q̃ꝫdiu manet ibi substãtia panis si non esset ↄuersus. ¶ Item tũc difficile esset inuenire gradum certuꝫ alteratõis sp̃ẽꝝ vsqꝫ ad quẽ p̄cise maneret eucharistia. ¶ M Sed forte di. Si sacramẽtũ nutriret/ sacerdos sumẽs eucharistiã solueret ieiunium: ꝛ ita nõ posset eodem die bis celebrare. Iteꝫ sacr̃m est cib' sp̃ualis ꝛ non corꝑalis. Nam inter alias hec vna est causa quare panis nõ manet cũ corpore Christi in eucharistia: ne sacr̃m reficeret ꝛ corporalr̃ quod est cib' aĩe. Item Amb. dꝛ ꝙ est cibus mentis/ non ventris. ¶ Ad ista dꝛ ꝙ sacramentum istud reficit ꝛ nutrit corporalr̃: vt ex premissis patet: alioqñ exꝑimentũ accipi posset de p̄sentia corꝑis christi. Si scꝫ qs sacramẽtũ sumẽs in magna quantitate/ ꝛ nullũ aliũ cibũ nihilominus deficeret: verũtñ si illud p̄cise nutrit qd̾ conuertiť in subam rei alite/ sacrꝫ nõ nutrit: lꝫ sumẽs sacr̃m nutriať: sed suba siue nutrimẽtũ rediẽs ẜm p̄dicta nutrit. Illud eñ/ nõ sp̃ẽs ↄuertiť in substãtiam rei alite. Et ita intelligendũ est cum dꝛ/ ꝙ sacramẽtũ nutrit seu sp̃ẽs nutriunt. i. sumens sacramentũ etiam sine alio cibo nutriť. ¶ Et ꝑ hoc ad ꝓmũ dꝛ ꝙ sacerdos sumẽs ħ sacr̃m non soluit ieiuniũ nature: qꝛ sacr̃m nõ est cib' corꝑalis: tum qꝛ ↄtentum. s. corpus Christi tm̃/ est cib' mentis/ ꝛ nõ corꝑis: nec ip̃o aliquatinus nutriť corp⁹ nec est p̄sens ei qd̾ nutrit sicut accñtia alterata. Tum qꝛ sequens cibatio ex suba reuersa/ est p̄ter intentionem ↄsecrantis ꝛ sumẽtis: ꝛ oĩno impꝰtinẽs ad ip̃sum sacr̃m. Tum qꝛ nihil ei⁹ qd̾ sumiť ↄuertiť in subam sumẽtis. Tum qꝛ illud qd̾ ↄuertiť in sbaꝫ sumẽtis non sumiť de foris: nec traijcitur ꝑ viam naturalẽ ad stomachũ sicut cib': sed intus de nouo creať vt dictũ est: ideo nõ soluit ieiunium. Sicut nõ soluit ieiuniũ cib' ante mediũ noctis sumptus ꝛ post mediũ noctis digestus: ꝛ in sumentis sustãtiã ↄuersus. Siq̄dem solus cibus de foris sũptus in via ad stomachũ soluit ieiuniũ: etiaꝫ si nõ ↄuerteretť in substãtiã aliti sicut q̃dam medicine. ¶ Ad secũdum dꝛ ꝙ est cibus sp̃ualis ꝛ nõ corporalis q̃ꝫtum ad nutritõem q̃ꝫdiu ibi est veritas sacri: non eñ cibat carnalr̃ inq̃ꝫtum est sacramentũ sed ad cibãdum sp̃ualr̃ est ordinatuꝫ. Ip̃a autem cibatõne sp̃uali terminata ꝑ desitõem p̄sentie corporis Christi/ cibat corꝑalr̃ ꝑ substantiã redeuntẽ. Que aũt sit causa ꝙ nõ manet panis supra dictũ est: lꝫ illa in argumẽto tacta sic esse ↄgruitas quedam. Ad tm̃ Amb. dꝛ ꝙ Ambrosi⁹ loquitur de ip̃o corꝑe Christi ꝙ est cib' anime tm̃: ẜm Alexan. de ales vbi s̃. ¶ N Consequẽter de transmutatõne passiua accidẽtiũ eucharistie. De motu locali sp̃ẽꝝ plane dꝛ ꝙ motus localis sp̃ẽꝝ fieri põtest virtute naturali sicut earũdem añ ↄsecrationem: hoc est ita separata moueri possunt sicut cõiũcta/ ẜm oẽs doc. qꝛ si teneť ꝙ motus sit accidẽs successiuũ distinctũ realr̃ a mobili ꝛ loco/ erit subiectiue in mobili: ꝛ qꝛ accñtia quãtitas ꝛ qualitas sunt mobilia/ eis inheret motus sicut subiecto. Cum ergo in motu hm̃oi est assignare subiectum motus scꝫ accidens motum localr̃/ põt agens naturale mouere accidẽtia seu sp̃ẽs localr̃ tanq̃ꝫ subiectum motus. Nulla eñ alia causa est ꝙ agẽtia naturalia non agũt circa hoc sacr̃m nisi sublatio subiecti vt patet ex tertia regula. Nisi diceretur ꝙ accidẽs non põt informare accidens: sed omne accidens immediate inheret substantie. Qualitates v̾o mouenť ad motũ subiecti/ ꝑ motũ nõ inherentẽ sꝫ coassistẽtem: sicut etiã de quantitate vna opinio recitata est. Tunc de motu sicut de qualitatib' supposito ꝙ nõ sint in quãtitate statim dicetur. Si v̾o motus nõ distinguitur a mobili/ tũc in motu locali sp̃ẽꝝ nõ est mutatio acq̄sitiua alicui⁹ noue rei: nec deꝑditiua ita ꝙ in motu locali nouum ꝓduciť aut corrũpiť: sed mobile fit p̃ñs de nouo alicui loco cui ꝓus non fuit p̃ñs: ꝛ ħ fieri ꝑ agẽs naturale nihil plus req̄rit nisi mobile ꝛ locũ: ꝛ hec sunt in ꝓposito siue accñtia sint i subiecto siue nõ. Sꝫ ↄñr videndũ est de mutatõe passiua et ꝓmo ad q̃ntitatẽ/ deinde ad q̃litatẽ. ¶ O De ꝓmo si teneť ꝙ q̃ntitas nõ distinguiť realr̃ a substãtia aut q̃litate extẽsa: tũc nõ est sp̃ẽalis difficultas de quãtitate eucharistie: cũ illa sit realr̃ quali-

tates ibi sine subiecto remanētes. Tenēdo autē ſm aliam opinionē ꝙ quātitas sit accidēs distinctum a re quāta: cū experientia manifestū est/ ꝙ species pñt rarefieri ⁊ condensari ad pñtiam agentis naturalis: ⁊ ita mutat̃ quantitas. Dicit̃ ꝙ si ꝑ rarefactōnem noua quātitas maior introducit̃: ⁊ ꝑ condensatōem minor siue totalis siue ꝑtialis: ſm diuersitatē opinionū de rarefactōe ⁊ condensatōe aut noua subtilis substātia generat̃ que ꝑtibꝫ rari interponit̃. Quodcūqꝫ dr̃/ consequēter dicēdum est: qꝛ quātitas nō est in subiecto/ rarefactōem ⁊ cōdensatōem specierꝫ eucharistie non fieri ab agente naturali ꝑ tertiā regulā: sed imediate a deo supplente in hoc actiuitatē cause naturalis ꝑ secūdā regulam. Que aūt opinio de rarefactōe ꝓbabilior sit videāt naturales phi. iiij. physi. disputātes Si aūt fieret additio alicuius rei quante ad spēs sacramētales: vt vinum nō consecratū admisceret̃ spēbꝫ vini/ nō ꝓpter hoc mutat̃ quātitas spērū vini ꝑistēs: qd āt ibi fieret/ dictū ē s lectōe. xxxv. ¶ Item de mutatōe quātitatis ꝑ diuisionem specierꝫ infra dicet̃ cū de fractōne sacri tractabit̃. De mutatōne ad qualitatē siue qualitates. Si tenet̃ ꝙ qualitates omnes in sacro sunt sine subiecto. Dicendū ꝙ omnes transmutatōes earꝫ acq̄sitiue fiunt immediate a deo ⁊ non a causis naturalibꝫ. Tum qꝛ qualitates noue q̄ acq̄runt̃ nō educunt̃ de potētia materie. Tum qꝛ ⁊ ipe manēt sine subiecto. Utrūqꝫ actiuitatē excedit cause naturalis: ⁊ ꝓducere aliq̄d de potētia subiecti/ ⁊ ꝯseruare accidēs sine subiecto. ¶ De mutatōe deꝑditiua si tenetur ꝙ natura possit annihilare: dr̃ ꝙ oēs transmutatōes deꝑditiue facte in sacro/ fiunt a causis naturalibꝫ. Diceret̃ ꝗ ſm illos ꝙ in intentōe caloris sacramētalis causa naturalis remittit frigus sed sola causa supnaturalis intendit calorē: quia remissio est corruptio gradus q̄litatis. Intēsio est ꝓductio gradus noui. ¶ Si vero tenet̃ ꝙ qualitates sint subiectiue in quantitate: ⁊ causa naturalis nō p̄supponit neĉario materiā ꝑmā nec subiectū sbale/ sꝫ subiectū in gñe sit suba vl' accñs: tūc oēs trāsmutatōes q̄litatū in eucharistia fieri solite/ fiūt ꝑ cās naturales q̄ educunt nouas q̄litates de potētia q̄ntitatis: q̄ est subiectū qualitatū. Si vero teneret̃ ꝙ causa naturalis in sua actōe p̄supponit materiā ꝑmam/ ⁊ subiectū subale: de cuius potentia educat formas tam subales q̄ꝫ accñtales. Tunc ꝯsequēter dicēdum ꝙ omnes trāsmutationes circa spēs sacrales fiūt imediate a deo. ¶ Et ex his pꝫ breuiter q̄d dicendū est de transmutatione passiua accñtium eucharistie ſm varias phorum opi. Accidentiū dico sensibiliū q̄ fuerūt i pane aut eis successerūt. ¶ P Consequēter vidēdū est de actōibꝫ ⁊ passionibꝫ corꝑis christi: ⁊ accidentiū eius vt in sacro. Et ꝑmo de actōne: ⁊ secundo de passiōe. Et vtrobiqꝫ tam de facto q̄ꝫ de possibili. ¶ Premittit̃ aūt hec regula generalis. De facto nulla fit actio vel passio in corꝑe Christi ⁊ eius accñtibꝫ/ ꝑ quā posset sumi experimentū p̄sentie corꝑis christi sub spēbꝫ sacri. Patꝫ ex p̄missis: qꝛ voluit deus sacrm̄ istud ac mysteriū esse occultū sensui ⁊ patere fidei/ vt sic fides p̄mio suo non frustret̃. Unde ⁊ si aliq̄ oꝑatio naturalit̃ fieri posset per corpus christi eiusve accñtia vt in sacro/ aut aliquis effectus vel transmutatio fieri a causa naturali/ deus coagendo non ꝯcurrit: ⁊ ita oꝑatōnem hmōi impedit/ ne experimētū sumat̃ de corꝑis christi pñtia in sacro. Quo p̄misso de actōne corporis christi/ nō loq̄mur h̄ de ea q̄ ꝯcomitat̃ pñtiam corporis christi: hoc est q̄ inest corꝑi Christi ꝑmo i celo/ ⁊ ꝑ ꝯcomitātiam etiā sibi inest in sacro. De illo dicet̃ infra cum de his q̄ p̄dicamētū vbi/ concernunt tractabitur: vbi etiā aget̃ de motu locali corporis Christi vt in sacro. Sꝫ de illa actōe q̄ sibi ꝑmo competit vt in sacro: q̄ ⁊ ꝯpeteret sibi si solum esset in sacro ⁊ nullibi extra: ⁊ sic etiā de passionibꝫ. ¶ Primo igit̃ de actōibꝫ cognitiuis de facto. De q̄bus Sco. in. iiij. dis. x. q. v. ponit duas cōclusiones. Prima/ nulla sensatio pt̃ ꝑmo inesse Christo vt i eucharistia. Motiuū est: qꝛ organum sensus non est in corꝑe christi vt in eucharistia modo quātitatiuo/ q̄ tm̄ requirit̃ ad hoc vt immutet̃ ab obiecto. Ad h̄ enī vt fiat visio corꝑalis/ oportꝫ talem esse approximatōem organi ⁊ obiecti: vt possit fundari piramis: cuius basis sit in obiecto/ ⁊ conꝰ in oculo. Hec req̄rit ꝙ vtrūqꝫ ⁊ obiectū ⁊ oculꝰ habeat modū quātificatiuū vt sit in loco circūscriptiue. ¶ Secūda cōclusio: Omis oꝑatio spūalis pura intellectus ⁊ volūtatis pt̃ ꝑmo inesse Christo/ vt in eucharistia. Hāc deducit/ qꝛ aīa Christi quia beata intelligit vt angelꝰ/ q̄tum ad hoc ꝙ nō depēdet intelligēdo a sensibꝫ aut sensibilibꝫ. Sicut ꝗ angelꝰ alicubi exñs pt̃ intuitiue intelligere obiectū sibi ꝓportionatū sibi pñs: ita ⁊ aīa christi in eucharistia. Potest ergo intuitiue videre intellectu oīa ad eucharistiā ꝓportionatā distantiā habentia seipsam/ spēs sacrales/ aīam sacerdotis: ⁊ q̄cunqꝫ intelligibilia debitā pñtiam habētia. Et hec intuitio ꝑmo inest aīe christi vt hic in sacro: non vt inest illi aīa ꝑmo vt est in celo. Unde pt̃ elici ꝙ aliq̄ videt aīa christi ꝑmo vt in sacro: q̄ nō videt visiōe intellectiua in proprio gñe ꝑmo vt in celo. Puta oīa hic localit̃ p̄sentia/ supposito ꝙ immoderata distantia impediat intellectōnem creatam: sicut nec angelus existens in celo videt in ꝓprio genere que videt hic inferius intuitiue. Ex isto infert corelarium/ ꝙ christus ꝓpter suum esse in eucharistia nō tm̄ non ꝑuat̃ aliqua oꝑatōe quā habet vt i celo: sed etiam vt in eucharistia est habet aliquā oꝑatōem ꝑmo/ quam per consequēs cōcomitāter habet vt in celo/ vt puta intellectōem ⁊ volitionē cuiuscunqꝫ obiecti cuius angelus hic p̄sens haberet: ⁊ ꝑ ꝯñs non ad imꝑfectōem est sua ꝙ sit in eucharistia: sed ad multitudinē ꝑfectionū. ¶ Q Prime conclusioni non assentit Ockam. Unū cōtra eam ponit hāc cōclusionē: Suppositis his q̄ fidei sunt/ nō pt̃ sufficiēter ꝓbari ꝙ Christus in sacro nō possit corꝑali oc'lo obiecta visibilia videre ⁊

videri: quā sic pbat: qꝛ nō minus pōt pncipiū ha
bere actionē suā naturalem qñ se toto est pñs ali
cui toti passo seu obiecto / ꝙ dū ꝑ vnā partē est p̄
sens vni parti passi: ꝛ ꝑ aliā partē pñs alteri parti
passi. Est aūt corpus Christi ꝛ oia eius accidētia
corꝑalia se toto pñs toti hostie ꝛ cuilibet ei⁹ parti
ideo eodē mō pōt esse pncipiū actiuū ꝛ passiuū re
spectu visionis: sicut si vna ꝑs ei⁹ coassisteret pti
hostie ꝛ alia alteri. Nā si albedo in pariete tota co
assisteret toti parti: et tota cuilibet parietis parti
nihil minus videret tūc ꝙ nūc. ¶ Itē posito acti
uo sufficiēti ꝛ passiuo pōt sequi actio. Nec ꝓposi
tio hec neganda est nisi ꝓpter rōnem q̄ hic non ap
paret: vel ꝓpter auctoritatē scripture: q̄ silr in ꝓpo
sito nō apparet. Uel ꝓpter experientiā q̄ hic nō cō
cludit: qꝛ de⁹ suspendit actionē causarū naturali
um ne agāt: vt patet ex regula p̄missa. Sed ocu
lus includendo potentiā in corꝑe christi est suffici
ens agēs cū obiecto ꝛ sufficiēs passum receptiuū
visionis: ergo pōt poni visio. ¶ Et si dicit ꝙ tam
organū ꝙ obiectū sint circūscriptiue in loco. Re
spondet ꝙ h̄ nō est ꝓbatū. Et si allegat auctor ꝑ
spectiue de Pirami de radiosa: dicit ꝙ auctor ꝑ
spectiue loquit pure naturaliter oibus habētib⁹
se ordine naturali / nullo cōcurrēte miraculo: ꝛ de
his q̄ ipse expertus est. Nunꝙ em̄ vidit colorem nisi
extensum: in talib⁹ visio fit ꝑ modū piramidis ꝛc̄.
ad bonū intellectū. i. requirit talis approximatio
ꝛ situs obiecti ꝛ organi: ꝙ si traherent linee ima
ginarie includētes obiectū ab obiecto ad oculū:
haberent figurā piramidis cuius basis esset in re
visa ꝛ conus in oculo: qḋ verū est qñ obiectū vi
sum est maius oculo. Sed deus pōt facere colorē
nō extensum: ꝛ tunc videret nō per talem figurā.
¶ Deniꝙ etiā hec figura pōt hic saluari: qꝛ linee
Piramidis terminant in pūcto indiuisibili ima
ginario contingente in oculo: ideo nō requirunt
extensionē oculi. ¶ Silr quātū ad visionē passi
uā corꝑis christi: licet nō sit in loco circūscriptiue /
est tn̄ in loco definitiue q̄ locus est extensus: ꝛ po
test fundare basim piramidis: vt si linee traheren
tur ab extremitatibus hostie cōtinētis corpus xpi
precise ad oculū sacerdotis haberēt figurā Pira
midis: ꝛ hoc sufficit ad hoc ꝙ videat: saltē opposi
tum ꝓbari nō pōt. Unū videt ꝙ oculus Christi in
vna ꝑte hostie posset videre se i alia parte. Sicut
posset si ocul⁹ eēt in diuersis locis circūscriptiue.
¶ Nec obest si diceret ꝙ idē nō distat a se: ꝛ distā
tia requirit obiecti ab organo ꝛ fiat visio: qꝛ eo
mō idem distat a se dū est in loco definitiue: quō
distaret a se si esset in loco circūscriptiue. Ista aūt
sufficerent ad causan. ī visionē / ergo in illa: de q̄
magis infra cū de vbi tractabit. ¶ R Suo
mō dicit vtraꝙ opinio de reliq̄s ...ꝑalib⁹ actiōi
bus sicut de visione sensus. Un ... opin. diceret
ꝙ nullā corꝑalē oꝑationē pōt habere corpus chri
sti in eucharistia p̄mo vt ibi: pōt aūt habere oēm
spūalē. Cū corpus noio / ꝛ aiam ꝛ vtriusꝙ accñs
intelligi volo: ꝛ voco actionē corꝑalē cuius termi
nus est res extensa vel naturalr extensibilis. op
posito mō spūalis actio dr cuius termin⁹ est res
ꝑ naturā nō extensibilis: cuiusmodi sunt intelle
ctiōes ꝛ volitiones: de quib⁹ dictū est. ¶ Funda
mentū p̄me opi. est qꝛ actio corꝑalis requirit ex
tensionē ꝛ modū quātitatiuū agentis ꝛ passi. Se
cunda opinio negat p̄mū: nā dicit corpus christi
sub hostia posse calefacere hostiā si deus ei⁹ actio
nem non suspenderet: ꝛ sic de aliis actionib⁹. Ne
gat em̄ ꝙ requirit modus existēdi ꝙtitatiuus in
agēte. Nā qñ sunt duo actiua quoꝝ vtrūꝙ est ex
se actiuū: ꝛ hñt consimilem modū existendi / si vnū
potest agere in passiuū sufficienter dispositū ꝛ pre
sens / etiā pōt agere ꝛ reliquū. Aia aūt intellectiua
potest agere in corpus: qꝛ ꝓm hñm Aug. ix. de tri.
Aia magnā immutationem habet respectu cor
poris sui: nō obstante ꝙ nō habet modū existendi
quantitatiuū in corꝑe: ergo pari rōne q̄litates cor
poris christi pñt agere in aliud corpus q̄ hñt con
similē modū existendi in sacrō sicut aia in corpore
ꝛ sunt ex se agentia: ꝛ pōt applicare passum bene
dispositū: g̃ possunt agere. Existentib⁹ em̄ actiuo
sufficienti ꝛ passo disposito / nisi deus suspendat
actionē fit actio. ¶ Nec videt ꝙ ideo minus suf
ficiēs sit actiuū: qꝛ ꝓm se totū est eque pñs pas
so / ꝙ si esset p̄sens ꝑ partes inequaliter. Nō em̄ vi
det ꝙ intēsissimus calor si esset in puncto ideo mi
nus vel remissius ageret: cū etiā ꝓm Auicennā / si
calor esset separatus ab oī subiecto / adhuc posset
habere actionē omnē quā habere pōt in subiecto
sed tunc nō esset necessario in loco circūscriptiue /
sed tm̄ definitiue. Etiā virtus vnita fortior est se
ipsa dispersa: ideo nō requirit extensio partiū agē
tis: sed quanto magis sunt simul / tanto fortius
agunt. ¶ Itē idē pōt agere in seip̄m actiōe corpo
rali. vt patet de aqua reducente se ad p̄stinā frigi
ditatē post eius calefactionē remoto calefacien
te ꝛ sue nature dimissa: ꝛ tn̄ idē a seipo non distat
localiter: nec habet talē modū existendi q̄ntitati
uū q̄ cōuenit ei respectu extrīseci puta loci. ¶ Itē
modus accñtalis pncipij actiui non impedit acti
onē eius q̄ sibi conuenit a natura intrinseca. Sed
esse in loco circūscriptiue est accidentale / qualitati
et subest g̃ ꝓpter eius ablationē nō aufert illud qḋ
est naturale. ¶ Dicit g̃ illa opi. ꝙ oēm actionem
quā pōt hr̄e corp⁹ christi tā corꝑalē ꝙ spūalē si es
set in loco circūscriptiue: pōt etiā hr̄e vbi est in lo
co definitiue / passis eq̄liter dispositis. ¶ S Con
sequēter de trāsmutatiōe passiua circa corp⁹ Chri
sti ꝛ sua accidentia videndū. Et p̄mo an possit vi
deri oculo corꝑali: scḋo an oculo intellectuali: ter
tio de aliis trāsmutationib⁹ corporalib⁹. ¶ Cir
ca p̄mū correspondenter ad p̄dicta respondet ꝓm sco
tū / ꝙ corpus christi eiusꝙ accidētia nec ab oculo
corꝑali christi / nec cuiuscūꝙ alterius glorioso vel
mortali videri possunt: patet motiuis sup̄dictis
Sed ꝓm opinionem oppositam dicit / ꝙ corpus
ꝛ eius accidentia possent corporali oculo in de
bita distantia consistente: vtputa sacerdotis in

altari ⁊ circũstantiũ videri: si de⁹ actionẽ natu-
raliũ causarũ nõ suspẽderet: suspendit aũt ex cau
sa supradicta. ¶ Sed tũc q̃rit: Cũ partes corpo
ris christi sunt sil' indistincte localr/sil'r ⁊ colores
partiũ/quõ discerni pñt ⁊ quõ colores videri. Cũ
tñ colores etiã extensi certo mõ situatim se impe-
diũt: vt si tenue albũ puta pãnus subtilis albus
ponat̃ sup intensum rubeũ vel nigrũ color albus
non videt̃. ¶ Rñdet̃ fm sic opinantẽ/ q̃ ꝑ visionẽ
corporalẽ ptes diuerse rõnis/discernunt̃ ꝑ suas
q̃litates. Sed ptes eiusdẽ rõnis non discernunt̃:
sicut patet de albedine intẽsa/ cuius partes gra-
duales discerni non pñt: ⁊ ptes duoꝝ luminũ in
eodẽ medio nõ pñt ꝑ visum distingui. ¶ De colo
ribꝰ partiũ q̃ sil' sunt: dr̃ q̃ maior est difficultas
de colore respectu visus q̃ de alijs sensibilibꝰ re-
spectu alioꝝ sensuũ: quia diuersitas situs coloris
q̃nq̃ impedit coloris visionẽ: nõ sic i alijs sensibi-
libꝰ. Nã calor imutat tactũ fm oẽm sitũ ꝓportio-
natũ: ideo difficile est videre q̃ colores in corpore
christi/an oẽs an aliq̃ nõ oẽs videant̃: ⁊ si nõ oẽs/
q̃s p̃dominet̃: q̃ de illo nullã habem⁹ experienti
am. Vñ licet illa simultas coloꝝ ꝑtiũ corꝑis chri
sti possent se impedire ne oẽs viderent̃: non tñ est
tm̃ impedimẽtũ q̃n aliq̃d videret̃: si de⁹ nõ suspẽ
deret actionẽ coloꝝ: illis nõ coagendo: sicut in ex
emplo p̃dicto: licet color albus non videat̃/tñ co-
lor rubeus vel niger videt̃. ¶ X Sed hic posset
q̃ri/an aliq̃ mõ concedi posset q̃ christus videt̃ in
sacr̃o oculo corꝑali. Cũ cõiter pp'ls asserit se vidis
se christũ dñm dũ vidit sacr̃m. ¶ Pro isto notan
dũ q̃ oculo corꝑali aliq̃d dr̃ videri q̃druplicit̃ scz
ꝑ se/ꝑ accidẽs/ꝓpter ordinẽ ad aliud visum: ⁊ ꝓpt
cõiunctionẽ similẽ cũ visu. ¶ Per se videt̃ qd vi-
deret̃ si esset ab omi alio separatũ: ⁊ sine q̃ nihil vi
deret̃: sic videt̃ tm̃ color vel lux: q̃ color etiã si eẽt
a subiecto separatus videret̃: vt in sacr̃o ⁊ sine colo-
re vel luce nihil põt videri oculo corporali. Ideo
color vel lux est ꝓprium obiectũ visus. ¶ Per ac-
cidens videt̃ q̃ accidenti ꝑ se visibili subijcit̃. Sic
dicimur videre solẽ/ parietẽ/ꝓpter lucem ⁊ colo-
rem q̃ vel q̃ est/subiectiue in sole ⁊ pariete: sic dicit
phs. ij. de aĩa/ q̃ diarrij filius videt̃ ꝑ accñs q̃ co-
lor q̃ in ipo est videt̃ ꝑ se: ⁊ hoc mõ videm⁹ substã-
tias corporeas. ¶ Propter certũ ordinẽ ad aliđ
visum ꝑ se/ nõ informationis sed cõtinentis ⁊ cõ-
tenti: dicimur videre cõtentũ/dũ videmus conti-
nens: vt hoiem armatũ/ dũ arma quibꝰ indutus
est videm⁹. Et hoiem/cũ tñ solũ vestes videmus
ac vinũ in vase duci/cũ solũ vas ꝯtinẽs videmus: ⁊
sic in scripturis dicunt̃ quidã angelos vidisse: q̃
corpus ab angelo assumptũ viderunt: vt legit̃ de
Manue Judicũ. xiij. vbi dr̃ Intellexit Manue
angelũ dñi esse: ⁊ dixit ad vxorẽ suã: morte mori-
emur: q̃ vidimus dñm. ¶ Quarto ꝓpter spũalẽ
vnionẽ vel cõiunctionẽ alicuius eo quod videtur
aliq̃ p̃moꝝ triũ modoꝝ videri dr̃: sicut dr̃ de⁹ vi-
Baruch.3 sus in terris ab hoibus. Post hoc in terris visus
est ⁊ cum hoibus cõuersatus: q̃ scz cõiunctus est
spũali vnione corpori christi: qd visum est secũdo
modo ꝑ accidẽs. Sic dixit dñs: Quia vidisti me Job.vi
thoma credidisti. Me demõstrat christũ loquen
tem filiũ dei/quẽ eo vidit: q̃ corpus dñi cui vni-
tũ est verbũ vidit: quõ etiã q̃ humanitatꝫ xp̃i sunt
verbo attribuunt̃ ꝑ cõcõmunionẽ ideomatum.
¶ V Scđm hanc distinctionẽ rñdet̃/ q̃ corpus
christi vt cõtentũ sacr̃o nõ videt̃ oculo corporali ꝑ
se neq̃ ꝑ accidẽs. Patet q̃ nõ per se: q̃ corpus est
subã ⁊ nulla subã ꝑ se videt̃/ cũ nulla subã videre
tur separata a colore ⁊ luce. Scđm ptꝫ q̃ accidẽ
tia q̃ videnť nõ subiectant̃ in corꝑe christi: ideo ꝑ
ea nõ videt̃ corpus christi: alioquin infidel' eadem
accidẽtia vidẽs/ etiã videret corp⁹ christi: qd fal-
sum patet. ¶ Preterea fidelis eodẽ mõ videt ho-
stiam añ cõsecrationẽ ⁊ post: nec aliud iudicat vi-
sus post cõsecrationẽ q̃ prius iudicauit: ⁊ prius nõ
iudicauit ibi esse corpus christi: ergo nec post. Cũ sit
eadẽ visio cõtinuata vt pono: cuius naturalis si-
gnificatio nõ variat̃: ita nec iudiciũ p̃cise cogniti-
onẽ illã sequẽs. ¶ Scđo dr̃/q̃ etiã nõ videt̃ corp⁹
christi in sacr̃o q̃rto mõ/ patet: q̃ corp⁹ christi nõ
habet specialẽ vnionẽ ad species q̃ videnť: cũ nec
sint partes corporis christi: nec informẽt ipsum/
nec suppositant̃ ab eo. ¶ Tertio dicit̃ q̃ corpus
christi videt̃ in sacr̃o tertio mõ dicto: patet q̃ vi-
dent̃ spẽs sub quibꝰ vere ⁊ realiter continet̃ chri-
stus licet nõ ꝑ oia sicut contentũ in continente lo-
catur: vt vir armatus ab armis: ⁊ vinũ a vase: q̃
corp⁹ christi continet̃ definitiue/ illa circũscripti-
ue. Neq̃ ꝓprie spẽs sunt locus corꝑis christi. Sꝫ
locus specierũ est locus definiens corpus christi:
vt s̃ declaratũ est. Verũ ille modus terti⁹ est ma-
gis improprius: q̃ vidẽdo vas cõtinẽs vinũ/ vinũ
in veritate nõ videt̃: ideo in iudicio q̃ iudicamus
nos vinũ videre viso vase sepe decipimur. Nec est
illud iudiciũ sensus sed intellectus: ⁊ ideo freq̃n-
ter scti dicũt corpus christi sub sacr̃o nõ videri: sꝫ
fideliter credi. Aliudq̃ videri aliud intelligi: vt in
auctoritatibꝰ supra allegatis in diuersis passib⁹
loquunt̃ in illis scti/ de eo q̃ ꝓprie. i. per se vel per
suũ accidens videt̃. Sic etiã licet improprie satis
cõcedi posset: q̃ vidẽdo sacr̃m videm⁹ deũ: q̃ vi-
demus corp⁹ christi tertio mõ cui specialr̃ vnitus
est deus. Hoc ergo caute videat q̃ ad pp'lm rudẽ p̃di
cat: q̃ aut subtiliora sileat/ aut si opus fuerit de
his sermonem facere: ita clare ac distincte infor-
met: ne dũ voluerit se oñdere doctorẽ subtilẽ/fiat
in pp'lo magister erroꝝ: ⁊ nõ tam instruat q̃ sim-
plices in fide turbet ⁊ seducat. ¶ X De visione
intellectuali cõcordant Geo. ⁊ ockã quantum ad
intellectũ separatũ: nõ quantũ ad cõiunctũ. Vñ
de intellectu sepato siue angelico siue humano:
vel etiã cõiuncto ⁊ beato: q̃ de his est par ratio.
(Hi eñ sunt similes in eo q̃ imediate possunt co-
gnoscere obiecta intelligibilia: ⁊ nõ indigẽt mini-
sterio sensuum vt nũc supponit̃. Item per videre
intellectus/intelligit̃ cognitio intuitiua obiecti)
dicit̃ p̃mo. Quis intellectus nõ alligatus sensib⁹

in intelligendo/siue angelicus/siue anie separa-
te/siue coniuncte ⁊ bte/naturalr pot videre existen
tiã corporis Christi in eucharistia/patet: Nã ois
intellectus talis intuet res: vt in se habẽt esse fm
ꝙ sunt fm se intelligibiles. Nõ eñ capit talis in
tellectus cognitionẽ subaꝝ ex cognitione acciden
tiũ: sicut intellectus nr̃ p statu isto. Uñ qꝛ color est
ꝓpriũ obiectũ sensus: ⁊ ideo ois color obiect⁹ sen-
sui imediate cognoscit in se: ⁊ nõ vnus ꝑ aliũ: ita
pariformiter qꝛ totum ens est obiectũ intellectus
(id est ens in sua generalitate fm quã includit sb
stantiã ⁊ accidens) q̃dlibet ens imediate ⁊ in se in
telligit ab intellectu ⁊ vnũ ꝑ aliud: qꝛ qdlibꝫ ens
si esset separatũ ab oibꝫ alijs/in debita approxi-
matione exñs ad intellectũ hmõi/intuitiue cognõ
sceret/ qdlibet ens dico finitũ ⁊ creatũ. Sec⁹ eñ
est de deo/ q̃ nullius creati intellectus est obiectũ
naturale/sed voluntariũ. Non igit accidẽtia pa-
nis occultari possũt angelis (siue bonis siue ma-
lis: aut intellectui hois bti vel sepato) corp⁹ chri-
sti: vt sub eis exñs/qn videat. Dũ nõ fuerit distan
tia imoderata/q̃nimo sicut possunt videre accidẽ
tia panis sepata ⁊ absentiã substãtie panis: ita eti
am naturaliter videre pñt p̃sentiã corpis Christi
sub illis speciebꝫ: qꝛ nõ est vnũ magis obiectũ in-
tellectus q̃ aliud: ⁊ hoc stante semꝑ cõi coactione
dei. Sicut eñ intellectus talis põt immediate vi
dere aliũ intellectũ angelicũ vel humanum/ita ⁊
quãlibet substãtiã materialẽ ⁊ qdlibet intelligibi
le creatũ sibi p̃sens. Nec aliquis modus acciden
talis obiecti impedit eius intuitiuã cognitionẽ:
qꝛ substãtia sicut est pꝛ quocũq; modo accidẽta-
li: ita ꝓus ⁊ in se intelligibilis: ⁊ ꝑ cõsequens mo-
dus accidẽtaliter posterioꝛ nõ impedit cognitio-
nẽ prioꝛũ. Est aũt ille modus existendi corporis
christi sub speciebꝫ eucharistie ipsi accidẽtalis: er-
go nõ impedit eius cognitionẽ. ¶ Y Notãter di
ctum est stãte semꝑ cõmuni influentia siue coacti
one dei: qꝛ si angelo malo ꝑmittat vti sua naturã
li potẽtia/ põt intelligere qcũq; intelligile crea-
tum sibi presens: ⁊ ita posset intelligere mysteria
gratie: ex quo posita sunt in effectu: ⁊ sic p̃sentiam
corpis christi in eucharistia. Sed sicut dicit ma-
gister di. vij. ij. sniarum/multa possunt ex naturã
sua que nõ ꝑmittunt eis: ⁊ credit ꝙ angelus ma
lus videre nõ permittit mysteria gratie: ⁊ ita nec
p̃sentiã corpis Christi sub specie sacramẽtali. Vñ
Egidius theol. xvj. Probabile inqt videt ꝙ de⁹
tã excellẽs sacr̃m celet aliquibꝫ substãtijs separa-
tis: ⁊ nõ ꝑmittat demones oẽm illã cognitionem
habere de sacro eucharistie: quã habere possent ex
naturali earũ virtute. Et sic exponẽda est auctori
tas bti Ambro. de mysterio incarnationis: q̃ di-
cit ipm malignũ spm latuisse: nõ absolute qn qli-
bet malus angelus possit videre integritatẽ vir-
ginis marie/ tã in mẽte q̃ in carne: sed nõ fuit ꝑ-
missus ꝓpter certas causas: vt nõ impediretur re-
demptio nostra eo mõ q̃ ꝑuisa est: vñ sicut nõ sem
per ꝑmittunt demones facere q̃ possent ex natu-
rali virtute (sicut deducit btũs Aug⁹. ⁊ allegat ma
gister dis. vij. li. ij. ꝙ magi phar aonis demonũ au
xilio fecerũt ranas ⁊ serpẽtes: nõ in eoꝝ auxilio fa
cere potuerunt cinipbes. De quo ita btũs Aug⁹.
dicit: Ex ineffabili dei potentia fit vt qd possent
mali angeli si ꝑmitterent: ideo nõ pñt: qꝛ nõ per-
mittunt. Neq; occurrit alia rõ cur nõ potuerunt
facere cinipbes q̃ ranas serpẽtesq; fecerũt/ nisi qꝛ
ibi aderat maioꝛ dñatio prohibentis dei ꝑ spiritũ
sanctũ. Hec ꝓhibitio est nõ ꝑ modũ p̃cepti/ sed ꝑ
subtractionẽ causalitatis) sic in ꝓposito creditur
deũ non cooꝑari demonibꝫ ad visionẽ sacrosancti
corpis. ¶ Et si legit aliq̃n demones huic sacro re
uerentiã exhibuisse/ h forte factũ est qꝛ ex vbis/ si-
gnis/ hoim/ factis/ aut miraculis contingẽtibꝫ/
cõijciebãt ibi adesse dei maiestatẽ: cui vt aplus ait
ad Phil. ij. Oẽ genu flectit/celestiũ ⁊ terrestrium
⁊ infernoꝝ. Aut forte dimisse sunt ꝓprie naturę
fm quã (vt dictũ est) cognoscere pñt p̃sentiã cor-
poris Christi. ¶ Z Si querat an angeli ⁊ beati
videant existentiã corpis christi visione beatifica
in vbo. Dicendũ qꝛ visio beatifica vt talis termi-
nat ad diuinã essentiã ⁊ nõ ad aliquã creaturam.
Nõ eñ est de rõne btitudinis cognitio cuiuscũq;
creature fm illud bti Aug. li. ꝯfes. Beat⁹ est dñe
q̃ te videt: etiã si alia nesciat. Si aũt te ⁊ alia vide
at nõ ꝓpter h beatioꝛ. Accidit ĝ btitudini hãc vel
illã creaturã videre actu btifico in verbo. Illa eñ
videt in verbo q̃ speculũ illud sanctissime trinita-
tis lucidissimũ volũtarie in se dignat ostendere:
ideo btifica videt visione si ostẽdit: si nõ/ nõ videt:
qd autẽ hoꝝ fiat/dubiũ nobis est. ¶ Probabile
tñ est/ꝙ videre existẽtiã corpis xpi in sacro ꝑtinet
ad btitudinẽ accñtalẽ aiaꝝ btaꝝ: qꝛ ille dum erãt
viatrices habuerũt fidẽ q̃ firmiter crediderũt cor
pus christi cõtineri sub hostia. Visio aũt succedit
fidei in patria tanq̃ p̃miũ merito: licet essentiale
p̃miũ succedẽs fidei sit visio diuie eẽntie/ q̃ suffici
enter p̃miat oẽ meritũ fidei. Tñ q̃ ad p̃miũ acci-
dẽtale oino ꝓbabile ẽ ꝙ visio clara ⁊ cognitio cui
dẽs oim articuloꝝ fidei succedat fidei. Neq; ẽ in-
cõueniens hoies btõs aliq̃ videre in vbo/ q̃ in illo
nõ videt angeli: esto ꝙ nõ viderẽt. Sicut etiã aie
btẽ recipiũt aureolas virginũ/doctoꝝ ⁊ martyꝝ
q̃ nõ dãt angel. ¶ De itellectu cõiũcto viatoꝝ aliter
⁊ alit est dicẽdũ fm duas opiniones tactas de vi-
siõe corpali. Nã qꝛ itellect⁹ coniũct⁹ nihil extra se
cognoscit intuitiue nisi qd a sensu intuitiue cognitũ
est: ⁊ p̃sentat itellectui i fantasmate: fm illud. iij.
de aia: oꝑtet intelligẽtẽ fantasmata speculari. Di
cẽtes corp⁹ xpi in sacro corpali oculo videri posse
naturalr: Si nõ sbtraheret suã coactionẽ deus/
hñt dicere ꝯñr/ꝙ etiã intellect⁹ cõiunctus videre
põt christi existentiã in hostia. Siquidẽ qcq̃d co-
gnoscit sensus intuitiue cognoscit q̃ est potẽtia infe-
rioꝛ: etiã cognoscit intellect⁹ cõiunct⁹ q̃ est poten-
tia supioꝛ. Qui aũt negãt sensum cognoscere pos
se: habẽt ꝯñter negare hoc idẽ de intellectu cõiun
cto quantũ ad notitiã intuitiuã. ¶ Habent autẽ

nec amare. hoc est qd Raban⁹ sup Gene. dr: Ado
rare est deum tota mentis intentōne tendere. Nō
autem mente tēdimus nisi actu voluntatis aut
intellectus. ¶ Ecce habes quid est colere z ado-
rare deū actu interiore qd breuissime dici potest
post btm̄ Augu. Ei adherere fide/spe/z charitate
Hic eni verus dei cultus fm eum in ench. ca iiij.
incboat fide/spe tenetur/pficit charitate: nec tn̄
abinuicē q̄tinus pfecte sint separant. Hic est ver⁹
dei cultus quo pr celestis colit in spū z veritate:
fm illud saluatoris Joan. iiij. Veri adoratores
adorabunt patrem in spū z veritate. Spūs ē de
us/z eos qui adorant eum in spū z veritate opor
tet adorare. Nam z pater tales quērit qui adorēt
eum. vbi glo. sup verbo /in spū z veritate: Nō in
templo: non in hoc monte: sed interius in intimo
cordis templo z in veritate cognitōis. Hec glo.
Quid est /in intimo templo cordis: nisi in amoro
sa affectione volūtatis. Nam cor frequēter p vo
luntate ponit in scriptura. Jn veritate agnitiōis
in fide trinitatis. ¶ H Latria exterior signū
est aliqd sensibile in pstatōnem latrie interioris
exhibitū. vt sunt actus z gestus interiores: quib
quis pfitet intus in se credere/sperare/z amare
eum cui foris exhibet/vt summū bonū/omniuz
creatorē: salutis z omnis boni causale pncipiuz
atq̄ finem. ¶ Sunt aūt hi act⁹ ritus quidam/q
fm christiane religionis pietatē obseruant. vt ob
latio sacrificij: laudū z canticoꝝ vocalis platio:
manuum ꝯpositio aut extēsio: pectoris tunsio:
capitis nudatio: genuū inflexio: corporis toti⁹
pstratio z similia. De hac duplici adoratōne loq
tur beatus Joan. Dam̄. in suo quarto. Quia in-
de ex duplici natura ꝯpositi sumus. Jntelligibili
s. z sensibili: duplicē adoratōem deo offerimus
scz spūalē q. s. ꝯsistit in interiori mētis deuotiōe z
corpalem que ꝯsistit in exteriori corporis humili
atione. Et quia in omnibus actib latrie/id qd ē
exterius refert ad id qd est interius sicut ad pnci
palius: ideo ipa exterior adoratio fit pp̄ter interio
rem: vt scz p signa humilitatis que corpalr exhi
bemus: excitet noster affectus ad subijciendū se
deo: qz connaturale est nobis vt per sensibilia ad
intelligibilia pcedamus. Hec Tho. scda scde. q.
lxxxiij. art. ij. Verū signa ista sensibilia equiuoca
sunt: quia z deo exhibent z creature. Non autē
simili sed diuersa intentōne. Et fm hoc qn̄q̄ sūt
signa adoratōis latrie/qn̄q̄ dulie. Cum ergo si-
gna illa exhibent in pstatōem summe maiesta-
tis potentie ac bonitatis diuine: p ea deus adora
tur adoratōe latria: quia vt sic/nulli pure creatu
re sunt exhibēda. Nam si hec adoratio interior vl
exterior pfata intentōe exhibet alicui qd nō est ve
re z essentialiter de⁹/nō est latria sed idolatria: qz
illud cui impendit qdcunq̄ fuerit circa deū est ve
lut vmbra z idolū respectu dei vere lucis z pfectis
simi entis. Vn̄ dr idolatria: i. latria exhibita ido
lo. ¶ Et qz ex actib frequēter elicit/generatur
habit⁹: latria nō solū accipit p actu summe ado
ratōis/sed etiā p ipo habitu: fm quā acceptiōem
dr ꝟtus ad religionem pertinens. ¶ J Se
cunda spēs adoratōis est dulia. Et dr dulia a du
los grece quod est seruus latie. Jnde dulia. i. ser-
uitus. Et accipit dulia tripl'r ppie/cōmuniter/z
cōmunissime. Proprie accipit p ꝟuitute siue re
uerētia quā serui z subiecti impēdere debēt dn̄is
suis z supioribus. Et sic loquit Aug. x. de ciui. dei.
ca. j. Ea seruitus que debet hominib fm quā p̄-
cipit aplūs/seruos dn̄is suis subditos esse debe-
re. alio noie hoc est nō latria/grece nuncupari so-
let. Vocabulū aūt illud grecum non expmit: sed
cōmuni vocabulo a doctorib cōiter dulia noiat.
Et quia duplices sunt serui. Quidam mancipia
seu possessio dn̄i qbus dn̄i ipi vtunt sicut ceteris su
is reb ad ppriā vtilitatē. Quibus z n̄s fm Aristot.
in politic. pncipat dispotico. i. dn̄atiuo princi-
patu. Alij sūt serui naturalr/q carēt naturali pru
dētia. nec vigēt naturali rōne. De qbus dr p phs: Ho
mines corpe robusti/intellectu aūt deficiētes ꝯna
turalr sunt alioꝝ ꝟui: q tn̄ simplr sunt liberi eisq̄
pncipant politice z ciuiliter. Ad vtrosq̄ extendit
se dulia. Est eni dulia ppie accepta ꝟtus qua ser
ui z subditi suis dn̄is z supiorib honorem ac re-
uerentiā exhibere debēt fm id Petri: Serui sub
diti estote dn̄is: non tm̄ bonis z modestis/sed eti
am discolis. j. Petri. ij. Jta in veteri lege scdo ge
niti primogenitos vt suos dn̄os z maiores ado-
rabant. Vn̄ Gen̄. xxvij. dixit Jsaac ad Jacob fi-
lio suo: Esto dn̄s fratrꝝ tuorum z incuruent an-
te te filij matris tue. ¶ Dulia ꝟo ꝯmuniter sum
pta/dr seruitus q̄dam reuerentialis/fm quā rō-
nales z intellectuales creature se mutuo honore
pueniūt z venerant: pp̄ter quasdā speciales rati
ones: pp̄ter aliqd diuinū vel virtuosum in ipis re
pertum aut saltem eis possibiliter non exclusum.
Et fm hoc legit homines alios quosdā adorasse
qui tn̄ neq̄ fuerūt ipoꝝ dn̄i nec rectores/sed ad
captandū beneuolentiam vel mitigandam iram
aut ad designandum aliquam virtutem seu in si
gnuz specialis amoris z amicicie. Sic legitur de
Moyse in Exo. xviij. q egressus in occursum co
gnati sui Jetro ipsuz adorauit. Sic Jacob de me
sopotamia progrediens: in terram pronus ado
rauit septies fratrem suum Esau appropinquan-
tem. Gen̄. xxxiij. Et Dauid adorauit Jonathan
filium Saul. pmi Regum. xx. ¶ K Et no
tanter dictum est propter aliquod diuinū in istis
rationalibus creaturis cōmuniter repertum. Hoc
diuinum est q sunt conditi ad dei imaginem.
Unde dicit Damascenus: Cuius gratia nos inui

cem honoramus. nisi q: ad imaginē dei facti sumus: ꝓpter qḋ et. j. Petri. ij. dicit. Omēs honorate. Nam sicut charitas ⁊ dilectio extēdit se ad omnes dei imagine insignitos beatitudinis quoq (q̄ trinitas ipsa est ad cui⁹ imaginē insigniti sunt) capaces. Et hoc mō extendit se dulia ad oēm creaturam non damnatā. Nō em̄ extenditur ad demones ⁊ reprobos per damnationis sententiam a beatitudine perpetuo exclusos. In quibus et si ꝓ dei ꝗꝛum ad naturalia perseuerat nec deleri pōt: tn̄ q: a deo perpetuo sepati: beatitudinē fm ordinatā dei potētiā adipisci nō possunt tāq̄ inimici a deo proscripti: a nobis nullatenus sunt honorandi. Sic etiā ꝓpter alias gratias et dona gratis data naturalib⁹ supaddita: vt sapientia/ virtus/ ⁊ cetera dona gratis data: que ad edificationē vel ecclesie vel persone a deo donantur dulia adorant: quasi in hoc alios non habentes talia ꝓcellētes. Sic in politicis phus dicit: q̄ hoīes rōne vigentes naturaliter alioꝝ sunt dn̄i ⁊ rectores: ⁊ ꝓ hoc ceteris mag' honorādi. Sic pharao honorauit Joseph. Et Nabuchodonosor danielē. Et lex docet senes honorandos dicens. Corā cano capite cōsurge: ⁊ honora personā senis: ⁊ time dn̄m deū tuū. Leuit. xix. Sic gratiā dei habētes honorandi sunt. De q̄b⁹ btūs Grego. sup Ezech. Boni ⁊ virtuosi honorandi sunt: ne forte ꝓ eos ille ꝓuocet qui eoꝝ corda inhabitat. Magis aūt creatura iam beata rōnabiliter est adorāda. Sic Abraā adorauit angelos Gen̄. xviij. Josue cecidit ꝓnus in terrā adorans angelū eiusdem. v. ca. Verū q̄ intelligit pn̄t in angelis ꝑsonā dn̄i adorasse mittentē. Verū q: vt dictū est: signa adorationis exterioris sunt equiuoca. Aliud significantes dum deo: aliud dum creature exhibent: ꝓpter qḋ ea q̄ cōmuniori vsu ad diuine maiestatis ꝓstationē exhibent: creature exhibēda non sunt. De quo btūs Aug. x. de ci. dei dicit. Multa de cultu diuino vsurpata sunt: que honorib⁹ deferunt humanis siue humilitate nimia siue adulatione pestifera. Ita tamen q̄ ea quib⁹ deferunt hoīes habent q̄ dicunt colendi venerādi. Si aūt multum eis additur ⁊ adorādi. Quis vo sacrificandū censuit nisi ei quē deū aut sciuit aut putauit aut finxit. Ideoq Joannes angelū in Apoc. ca. vlti. sibi loquentē adorare volens ꝓhibitus est ab eo dicente. Vide ne feceris. Tū ad ostendendū dignitatē hominis quā cōsecutus est per christū vt angelis equatur. Vn̄ subditur ibidem. Conseruus tuus sum: ⁊ fratrū tuoꝝ. Tum ad excludendum idolatrie occasionē. Vn̄ subdit: Deū adora: ꝓpter cui⁹ occasionis vitationē/ Mardoche⁹ noluit adorare supbissimū Amā timēs ne honorē dei trāsferret ad hoiem: vt dicitur Hester. iij. ¶ L. Dulia cōmunissime sumpta extendit se etiā ad latriam: put dicit reuerentiā ⁊ honorē exhibitos ⁊ minoribus ⁊ parib⁹ ⁊ superiorib⁹: nedū participatū dominiū habētib⁹: puta creaturis: sed etiā vniuersalissimo creatori se habēti illimitatā ⁊ vniuersalem ꝓsidentiā. Et ita loquit Glo. sup illud ps̄. Dn̄e deus meus in te speraui. iuncta Glo. super illud ps̄. In ecclesijs benedicite deo: dn̄o de fontibus israel. Ps̄. lxvij. Dn̄e dicit per omnipotentiā cui debet dulia. Deus per creationē cui debetur latria. Et beatus Aug⁹ sup illud Matth. iiij. Dominū deum tuū adorabis ⁊ illi soli seruies dicit. Seruitus duob⁹ modis ac diuersa significatiōe solet appellari. Dicit em̄ latria dicit ⁊ dulia. Sz dulia intelligit seruit⁹ cōmunis: hoc est: seu deo/ seu homini seu cuilibet rerū nature exhibita. Ab etiam seruitus id est dulea grece nomen accepit. Latria autē appellatur seruitus illa que sola diuinitatis cultui debita nec vlla est participanda creature: vn̄ idolatre nuncupant. Hec Aug⁹ qui duliā in hac auctoritate accepit tertio modo siue largissime. ¶ Sed notandū q̄ q: in deo consideramus dignitatē ⁊ ꝑfectionē creature incōicabilem fm nomen: vt est essentia diuina ⁊ natura/ q̄ creature incōicabilis est. Vn̄ creatura de⁹ ꝓprie vel diuina natura dici nō pōt. Cōsideremus ⁊ in deo dignitatē cōicabilē: non fm eundē gradū sed fm idē nomē: vt sapientiā/ potētiā/ bonitatē/ ꝓsidentiā/ dominiū. Nā ⁊ creatura dr potēs/ sapiēs/ dn̄s ⁊c̄. Rōne ꝑfectionis incōicabilis creature ⁊ debet deo adoratio latria: q̄ simplr incōicabilis ē creature ⁊ intellige fm nomē. Rōne perfectionis cōicabilis: debet deo honor et adoratio cōicabilis fm nomen cōicabile: qḋ est dulia cōiter acceptum. Et sic loquit Glo. allegata. Deo cui debet latria .i. honor incōicabilis quēadmodū deitas est incōicabilis. Dominiū em̄ cōmunicat creature fm q̄ dicimus q̄ deus potēs facit creaturam potentē. Sapiēs est: ⁊ facit creaturā sapientem: bonus est ⁊ facit creaturā bonā: ita q̄ participat ei⁹ bonitatē. Et fm h̄ debet ei honor q̄ descēdit in cōmunionē: scz rōne dignitatū: in quarū participatione dicim⁹ esse creaturā. Et iste honor noiat noie cōmuni qḋ est dulia. Et ita patet sensus huius Glo. Bn̄dicite deo cui debet latria. Dn̄o cui debet dulia. Vel vt addit in ps̄. vij. Dn̄e per potentiā cui debetur dulia. Deus per creationē cui debetur latria: q: creatio actiua nō cōicat creature: sed bene potētia cōicat. ¶ M Nō tn̄ intelligenda sunt hec q̄ in deo differant essentia/ dominiū/ sapiētia/ q̄si distincte ꝑfectiones: q̄rū vna sit creature cōicabilis: alia incōicabilis. Nā nihil distinctū ab essentia dicit potētia/ sapia ⁊c̄. In deo em̄ est tm̄ vna ꝑfectio que est diuina essentia: ⁊ hec omnib⁹ modis est sapientia/ veritas/ ⁊ potentia. Nec sapientia plus vel veritas est sapientia q̄ essentia. Unde non plus distinguitur sapientia ab essentia: a bonitate vel eternitate: q̄ sapiētia a sapientia: Quod plane dicit beatus Augustinus: in de triplici habitaculo. Oīa vnū sunt in deo excepto qḋ ad relationem ꝑtinet. Nam sapiētia ⁊ veritas dei ⁊ eternitas: nō diuersa sūt sz vnū sūt: sicut ⁊ oīa. Sapia em̄ dei nō magis sapientia q̄ veritas est. Et nō mag' veritas/ veritas est q̄ sa

pientia/q̃z eternitas/q̃z cetera dei. Omnia vnum eñ sunt in deo: z nõ solum inter se eadem sunt in deo: sed non aliud sunt q̃z ipse deus. Hec ille. Et ita nec aliquid in deo realiter cõmunicat̃ creature z nõ aliud/puta potẽtia/sapientia/nõ substancia vel essencia. Nihil eñ est qđ in deo realiter cõmunicat̃ creature: sed ƒm nomẽ tñ: hoc est nomẽ potẽtia: nomẽ sapiẽtia: vniuoce attribuit̃ creature z deo: z hoc ƒm rationẽ generalẽ nõ specificã. Non eñ est sapiẽtia dei eiusdẽ rõnis specifice z sapientia creature: q2 illa est substãtia/ista accidẽs. Nomẽ autẽ deus/diuinitas/nõ attribuit̃ vniuoce z ꝓprie creature. Et ƒm h̃ nõ sunt rõnes diuerse adorationis in deo realiter: ꝓpter quas diuerse adorationis spẽs deberent̃ deo. Sed quõcunq̃z a nobis cõsiderat̃ deꝰ: siue in se absolute vt infinite pelagus substantie: siue in ordine ad creaturã vt creator: dñs conseruator: ꝑ potẽtiã/sapientiã/bonitatẽ/semꝑ debet̃ sibi adoratio latrie: q2 totũ est idẽ in deo. Nec dulia ista q̃ debet̃ dño ƒm ꝑdictam glo. distinguit̃ a latria: sed est actus latrie. Neq̃z dulia accepta distinguit̃ a latria nisi sicut genus a specie. Et sicut idẽ est: sortes z hõ z animal ita idẽ actus adorationis: puta quo ꝓfiteor deũ summũ: infinitũ: omnipotentẽ zc. est actus latrie z dulie generaliter accepte. Sic g̃ sapiẽtia diuina z deus idem sũt: sic dulia deo debita z latria idẽ sunt. Sicut aĩal rõnale z hõ: licet nomẽ dulia generale sit ad actũ adorationis diuine: z ad actum adorationis creature. ℭ N Licet autem tñ sit vna ratio adorationis in deo q̃ est infinita dei maiestas: etiã quibuscũq̃z terminis differẽtibꝫ exprimat̃. Est tñ differẽtia aut multiplex ratio debiti in creatura/qua ipsa creatura obligat̃ ad colẽdũ deũ cultu latrie: ƒm multiplicitatẽ beneficiorũ z gratiarũ a deo acceptarum: sic debitor est homo: Rõne beneficij creationis: rõne bñficij redẽptionis: iustificationis: glĩficatiõis. Etiã q2 nõ equaliter oẽs recipiunt non est equale debitũ: q2 iuxta
Matth.25 euangelicã parabolã. Cui plus cõmittit̃ plus debet. Unde vni dedit dñs duo talẽta: alij quinq̃z. Et plus debuit cui quinq̃z cõmisit q̃z cui vnũ. Et sic ex parte cõmissi seu accepti nõ est equale debitum: tñ equalis honor: q2 honor respondet dignitati: z eadẽ dignitas est in deo qua accipio hoc et illud. His sententialiter cõcordat doctor irrefragabilis. ꝑte. ĩ. q. xxx. ℭ O Diuidit̃ autem cõmuniter dulia: primo modo vel scđo mõ accepta: vt scꝫ tantũ creature debet̃. In duliã maiorẽ z duliã minorẽ. Dulia maior est tertia species diuisionis ꝓncipalis siue ꝓme suprapositе q̃ iꝑdulia dr ab iper qđ est suꝑ: q̃si excellẽs dulia. Minor dulia simpl'r obtinet nomẽ dulia gñale sine addito. Iꝑdulia ẽ seruitꝰ q̃dã reuerẽtial' exhibita rõne excellẽtie singularissime z eminentie in eo cui exhibet̃. Qualis est reuerẽtia exhibita virgini gloriose: in qua est ꝓrogatiua excellẽtissime z singularissime dignitatis: pure creature cõcessa; in eo ꝙ est mater dei: q̃ excellit cherubin z seraphin z oẽs angelicos spũs. Hec etiã iꝑdulia ƒm quosdã ꝯuenit monarchis ecclesie: pape z imꝑatori. Qđ admitti potest faciẽdo cõparationẽ statuũ officiorũ et dignitatũ in ecclesia militante: ibi manẽdo precise. In his eñ supremus z excellentissimus status in spiritualibꝫ est papatꝰ. In secularibꝫ est maiestas imꝑialis. Sic admittit papa tanq̃z supremꝰ hierarcha in policia ecclesiastica: vt sibi fideles ꝓsternant̃ vsq̃z ad pedũ oscula: nõ quidem rõne sanctitatis ꝑsonalis (si recte est sibi cõscius z rõnis compos/cũ sit homo fragilis: nesciens sicut ceteri an amore vel odio dignꝰ sit) sed rõne dignitatis sui status: q2 vicarius est christi in terris: qui potestatis plenitudinẽ cõcessit petro/z cuilibet suo legitimo successori. Hinc fortassis crucẽ gerit i sandalis quã osculandũ offert: tanq̃z locũ gerens crucifixi/honorem illũ nõ sibi vsurpans: sed in dñm cuius signũ osculat̃ retorquens. Claues etiã habet in signo siue armis: quia successor eius est: cui singulariter clauium potestas in sua plenitudine est collata. Sic z reges z imꝑatores patiunt̃ ꝓstrationes: z vsq̃z ad terram genuflexiones sibi exhiberi. Sicut legit̃. ij. Regũ. xiiij. Dauid nõ repulit adorantes se suꝑ faciẽ terre: sed magis petita cõcessit. In quo non repꝛehendunt̃ tanq̃z honorẽ sibi indebitũ arrogãtes. Uerũ loquẽdo de iꝑdulia cõparando ad vniuersitatẽ creaturarũ nõ potest reuerentia illa iꝑdulia nũcupari. ℭ Dulia minor siue simpliciter dicta: est reuerentia cõmunis alicui exhibita nõ in attestationẽ alicuius excellẽtie singularissime: sed ƒm rationẽ excellentie communẽ multis: qualis est reuerentia exhibita prelatis inferioribꝫ. In sacris ordinibꝫ constitutis: aut in dignitatibꝫ: ꝑsonis virtuosis: hominibus sapiẽtia ꝑcellẽtibus imo z beatis angelis animabus sanctis: potentibus nobis ferre auxiliũ: aut nostrã indigentiã releuare. Uel ƒm suam generalitatẽ/quibuscũq̃z creaturis rõnalibꝫ z intellectualibus beatitudinis capacibꝫ: ƒm dei potentiã ordinatã. Et põt quelibet harũ specierũ accipi vel ꝓ actu interiori: vel pro actu exteriori: vel ꝓ habitu ex actibus hmõi generato correspõdent̃ ad dicta superius de latria. ℭ P Quia autẽ materiam adorationis intrauimus: paulo latius in ea moremur: vt particularius nosse possumus q̃ quomodo adorare oporteat. Ne idiscreta nostra adoratio sit aut negligens in nostram sugillationem audiamus a domino: vos adoratis quod nescitis. Joannis. iiij. Et illud Matth. xxv. Quãdiu vni ex minoribus illis non fecistis/nec mihi fecistis. Inquiramus igitur. An creature rationales et res insensibiles a nobis adorande sint. Ut exempli causa: crux christi: imagines sanctorum: et reliquie: ac cetera ad christũ vel membra eius: hoc est sanctos ꝑtinentia. ℭ Scđo an christi humanitas sit latria veneratione adorãda. Ex qbꝰ clare patebit: que quõ in altaris sacro consistentia sunt adoranda. Quantũ ad primum notandum ꝙ adoratio in suis specieb꞉ latria: dulia: et

hyꝑdulia descripta est in sua ꝓpria ẜcatione proutẜ tm̄ ↄuenit nature intellectuali seu rationali/ ꝛ rõne cuiusdã supioritatis ꝛ excellẽtie tanq̃ obiecto ꝓprio suiꝗ ꝑ se adorando. Accipiẜ aũt ꝛ largiꝰ vt etiã extẽdit se ad ea q̃ nõ ꝑ se aut ꝓpter se: sed ꝑ accidẽs ꝛ ꝓpter aliud venerantẜ: nec ꝑncipalr̃ ad ea terminaẜ adoratio: sed ad aliud ꝑ ea ad q̃ habent aliquẽ ordinẽ repñtatõis/ ↄtinentie/ coniũctionis aut alterius hm̃õi habitudinis. Et quia adoratio nõ ↄuenit illis tanq̃ obiectis adorationis actũ terminantibꝫ: sed quasi mediꝭ ꝑ q̃ adoratio terminaẜ ad obiecta ꝑ se ꝛ ꝑncipalia: ideo eoꝝ adoratio eisdẽ noĩbus nominaẜ: ꝛ ad easdem spẽs reduciẜ adoratõnis/ q̃ sunt ꝑncipaliũ obiectoꝝ/ ꝓpter q̃ illa venerantẜ. Et per hoc adoratio non ↄuenit vniuoce his ꝛ illis/ sed analogice. ꝛ sic adoratio prout attribuiẜ illis minus ꝑncipalius est veneratio alicuius/ non ꝓpter se/ sꝫ propter aliquam habitudinẽ spẽalem quam habꝫ ad aliud ꝑncipalr̃ adorãdũ. Et illo mõ põt silr̃ distingui i spẽs latriã/ duliam/ ꝛ hyꝑduliã: vt latria dicaẜ reuerentia vel veneratio que debeẜ alicui/ nõ tanq̃ simplr̃ summo/ sed tanq̃ habenti spẽalem habitudinẽ ad simplr̃ summum latria ꝓprie dicta adorandum: ꝛ sic suo modo de alijs spẽbꝫ. ℭ Q

ℭ Est aũt hec habitudo rei inanimate aut insensibilis ad naturã intellectualẽ vel rõnalem adorabilem in gñe duplex. Una est rõne repñtatõnis. Alia rõne spẽalis ↄiunctõis aut vnionis: vt quia ps ↄtinens/ habitus. i. vestis/ possessio ↄtingens vel aliquod simile. Repñtatio aũt fit tripliciẜ. Una fundaẜ in silr̃itudine rei repñtantis ad repñtata/ que imitaẜ ipam in q̃busdam accñtibꝫ similibꝫ. Sicut imago picta vel sculpta ẜm silẽꝫ ↄtractõem ꝛ figuratõem mẽbroꝝ christi/ siue i ea figura in q̃ natus est: siue in q̃ ꝑdicauit: siue q̃ crucifixus in ligno pepẽdit: siue q̃ a mortuis resurrexit/ ascẽdit/ vel ad iudiciũ venturꝰ expectaẜ: ẜm quã in recordatõem venire facit ꝑsonã Christi veri dei ꝛ hominis. Alia est repñtatio q̃ sumiẜ non ex figurali silr̃itudine membroꝝ Christi. Gr̃a exẽpli: ẜm corꝑalia lineamẽta: sꝫ ex q̃dam extẽsione vel distẽsione ptiũ/ brachioꝝ. s. ꝛ cruriũ sctissimi corꝑis Christi in cruce pẽdẽtis. Et ꝑ hoc etiã in recordatiuã christi sic passi faĉ noticiã deuenire. Sicut crux picta vel sculpta etiã sine imagine appendentis ad memoriale dñice passionis. Tertia ẽ repñtatio nõ ex aliqua ꝑdictaꝝ silr̃itudinũ: sed ex volũtate ꝛ bñplacito dei: q̃ voluit ꝑ aliq̃ ꝑcedentia facta christũ ẜcare ꝛ figurare: sicut petra deserti ꝛ serpens eneꝰ christũ figurabãt. Imagines ꝑmis duobꝫ modis adoranẜ silr̃i spẽ qua adoraẜ repñtatũ. Un̄ si fuerint imagines Christi/ adorãẜ eadẽ spẽ qua Christus. i. adoratõe latria. Si btissime ꝟginis hyꝑdulia. Si bti Petri vel alteriꝰ scti dulia. Hec tm̄ adoratio magis terminaẜ ad rem ẜcatam q̃ ad ipam imaginẽ. Un̄ Damas. li. iiij. sententiaꝝ: Honor qui exhibeẜ imagini/ refertur ad illũ cuiꝰ est imago. Un̄ dr̃ magnꝰ Basiliꝰ: Honor imaginis ad prhotypũ ↄuenit. i. exẽplar. Est em̄ prhotypon ꝑma forma seu forma exẽplaris. Ad quã facta est imago. De hac adoratione imaginis Christi hr̃ in q̃dam decreto synodi Cõstãtinopolitane: vbi dr̃: Sacratã imaginẽ dñi nostri Jesu christi ꝛ oĩm liberatoris ꝛ saluatoris eq̃ honore cũ libro euãgelioꝝ sãctoꝝ adorari decreuimꝰ. Et infra: Si qs ꝰ nõ adorat hyconã saluatoris Christi: nõ videat formã eiꝰ qñ veniet in glã pr̃na glificari ꝛ glificare sctõs suos: sꝫ alienus sit a ↄmunione ipius ꝛ claritate. Quia aũt repñtãs tertio mõ hꝫ rõeꝫ imaginis nõ sic adoraẜ. In illis em̄ non apparet aliqua sensibilis imitatio similitudinis/ rõne cuius repñtet statim Christus sed dũtaxat ex aliquo occulto mysterio. Un̄ ꝛ figure mystice dicebanẜ: ꝓpter qꝺ non statim intuentẽ in rememoratõem figurati ꝑducebãt. Et sic facile adoratio terminareẜ ad rẽ illã figurãtẽ/ ꝛ nõ ad figuratũ ptẽdereẜ. Qꝺ ↄsiderãs rex Ezechias serpẽtẽ eneũ q̃ iussu dei ꝑ Moysen fuit erectꝰ: vt ipius aspectu iudei a morsibꝫ serpentũ sanarentẜ/ laudabiliter ↄtriuit: ↄsiderans populum ipsum serpentẽ adorãdo: gl̃am non deo/ sed serpenti tribuere: vt habeẜ. iiij. Reg. xviij. ꝛ in c. lxiij. dist. qa sancta. ℭ R Ex his apperet q̃ in adoratõne imaginũ ꝛ alioꝝ ꝑ accidẽs adoratorum: q̃uis sit vnus actꝰ exterior/ vt genuflexio vel aliud signuꝫ reuerẽtie: tm̄ in adoratõe interiori sunt duo actus distincti/ quoꝝ vnus terminaẜ ad imaginẽ: nõ tm̄ absolute vt est hec res materialis/ hic lapis/ ꝺ aurum vl̃ lignũ. Sꝫ ad rẽ ipam inq̃tũ ẽ imago christi vl̃ alicuiꝰ scti. Hic actꝰ ẽ q̃dã recognitio q̃ recognosco rẽ illã vt ordinatã ad repñtandũ Christũ Uel ↄplacẽtia qua mihi ↄplacet res illa vt talis imago honorãda ꝓpter prhotypũ. Et ille actꝰ pertinet ad latriã analogice. Alius actꝰ est q̃ immediate terminaẜ ad prhotypũ/ q̃ recognosco id qꝺ repñtaẜ tanq̃ summe bonũ vniuersale oĩm ꝑncipiũ. Ad quẽ actũ eliciendũ moueor ꝑ apphẽsionẽ imagis. Et ꝺ actꝰ ẟe est actꝰ latrie ꝓprie dicte: qui solũ terminaẜ ad imaginatũ/ ꝛ nõ imaginẽ. Non em̄ vidẽdo imaginẽ recognosco ipam imaginem quã video esse summũ bonũ: siue considerẽ ipam in rõne imagis: siue absolute vt rem aliquã in se. Et ideo q̃ dr̃ eodẽ actu adorãdã esse imaginẽ/ ꝛ illud cuiꝰ est imago: intelligẽdũ puto de actu exteriori: cui corñdent duo interiores/ q̃ꝝ vnꝰ terminaẜ ad imaginẽ/ aliꝰ ꝑcise ad prhotypũ. Forte tm̄ q̃tũ ad actꝰ effectꝰ sustineri possꝫ/ q̃ etsꝫ vnꝰ effectus terminatꝰ ad vtrũq̃ ordine q̃dam. Sicut eodẽ actu diligo creaturã ꝛ deum/ dum diligo creaturam propter deum: qui ẜm aliquos simul est vsus ꝛ fruitio. Usus inq̃tuꝫ terminaẜ ad creaturã: Fruitio inq̃tũ terminaẜ ad deũ: nõ aũt sic de actu intellectꝰ. Et sic accipiẽdũ ẽ qꝺ in decreto synodi Cõstãtinopolitane sup̃ allegato dr̃: Dignũ est vt ẜm cõgruẽtiã rõis ꝛ antiq̃ssimã traditõeꝫ/ ꝓpter honorẽ q̃ ad ꝑncipalia ipa refertur deriuare yconẽ. i. imagines honoreẜ ꝛ adoreẜ. Adorentur

tanq̄ non per se quasi in ipsis sit aliqua virtus. vñ
reuelari aut iuuari possit humana īfirmitas: sed
tanq̄ signa christi ⁊ sanctoꝝ qui ferre possunt au
xiliū postulāt. Et hoc est ꝙ dicit canon venerabi
les de cōse. dist. iij. Venerabiles inquit imagines
christiani nō deos appellāt: nec seruiūt eis ī dijs
nec spem salutis ponūt in ipsis nec ab eis expectāt
futurū iudiciū: sed ad memoriā ⁊ recordationem
primituoꝝ venerant eos ⁊ adorāt. Sed ad ado
randū Christi imaginē hortat͛ btūs Aug. de visi.
infirmoꝝ vbi loquēs de tali imagine dicit. Hanc
cōplectere humiliter / venerare suppliciter / cū hec
ad memoriā tibi reducat crucifixū. Hic est vnus
modus loquendi de imaginū adoratione. ¶ S
Alij sunt qui distinctionē supradictā adorationis
non attendunt: sed adorationē presertim latria in
sua ꝓpria accipiūt significatione. Hi dicūt ꝙ ima
go neq̄ vt ꝯsiderat͛ in se ſm ꝙ est lignū / lapis / aut
metallū: neq̄ vt ꝯsiderat͛ ſm rōnē signi ⁊ imagi
nis est adorād a qr qualitercūq̄ ꝯsideret͛ est res q̄
dam insensibilis ⁊ creatura: cui adoratio latria
minime est exhibēda. ¶ Qđ vero christiana religio
imagines sustinet in ecclesia ⁊ oratorijs: nō per-
mittit eo fine: vt ipse adorent͛: sed vt fideliū men-
tes ꝑ earū inspectiones excitent͛ ad reuerētiam ⁊
honorem exhibendū his quorū sunt imagines in
quorū cognitionē recordatiuā ducūt. Et hic mo
dus dicēdi videt͛ esse Roberti holkot sup illud sa
piētie. Infelices sunt: ⁊ inter mortuos est spes il-
lorū q̄ appellauerūt deos suos opa manuū suaꝝ
vbi sic dicit. Non video esse benedictū ꝙ eodē ho-
nore honoret͛ deus ⁊ imago eius. Sed mihi vi-
detur dicendū: ꝙ neq̄ adoro imaginem chrīi quia
lignū nec qr imago: sed adoro Christū corā imagi
ne christi: qr scʒ imago christi excitat me ad aman
dū christū. Hic modus loquēdi originē videt͛ tra
here ex dicto q̄dā btī Greg. q̄ Sereno epō Mas
siliensi imagines destruēti ne adorent͛ ita scribit:
vt habet͛ de ꝯse. dis. iij. ꝑlatū. Perlatū est ad nos
ꝙ in considerato zelo succēsus sanctorū imagines
sub hac quasi excusatione ne adorare debuissent
cōfregeris. Et quidē quia eos adorare vetuisses
oino laudamus. Fregisse vo rephendimus. Dic
frater a quo factū sacerdote aliqn̄ auditū est qđ fe
cisti. Aliud est em̄ picturā adorare: aliud ꝑ pictu-
re historiā quid sit adorandū addiscere. Nam qđ
legentibꝫ scriptura: hoc ⁊ ideotis prestat pictura
cernentibꝫ: qr in ipsa ignorātes vident qđ seq̄ de-
beant. In ipsa legūt qui lrās nesciūt. Vñ ⁊ preci-
pue gentibꝫ. i. laicis pro lectione pictura est. Ad
idem videt͛ sonare Damas. libro. 4. senten. dicēs
qr nō omnes nōscunt litteras neq̄ lectioni vacāt:
patres excogitauerunt velut quosdā triumphos
in imaginibus hoc describere ad velocem memo
riam. Qua ꝓpter multotiens nō ſm mentē habē
tes dñi passionē: imaginē crucifixionis christi vi-
dentes: ⁊ in salutaris passionis memoriā venien-
tes: procidētes adoramus Christum. Ecce dicit
Christū adorari ad inspectionem imaginū ducen

tium in noticiā ⁊ rememoratiuā Christi. Hoc etiā
dicitur in cano. allegato venerabiles. vbi addit
in fine: sed nō seruiūt eis imaginibus cultu diui-
no: sicut nec alicui creature: q̄ innuit͛ imagines
non adorari latria. ¶ T Inter hos duos mo-
dos maior ē discordia in locutiōe q̄ in re. Vterq̄
enim modus hoc intendit ꝙ creatura adorari nō
debet latria adoratione ꝑ se tanq̄ terminus ado-
rationis: ⁊ hoc latria ꝓprie dicta. Vterq̄ etiā ad
mittit ꝙ ad apprehēsionē imaginis mens fertur
cognitiue ⁊ affectiue in prothotypum ipsum ado
rando. Vterq̄ etiam modus admittit ꝙ videns
imaginē habet actū aliquem respectu imaginis:
qui terminat͛ ad imaginē ipsam / vt est representa
tiua imaginati. An autē aliquis horum actuum
debeat dici adoratio imaginis: videtur esse diuer
sitas. Que videtur ita resolui posse: ꝙ actus ille
quo cognitiue ⁊ affectiue feror in prothotypū sit
adoratio latria: dubiū non est. Vtrum aūt actus
quo feror in imaginē debeat dici adoratio. Dicit͛
ꝙ est adoratio analogice ⁊ improprie: nō autem
ꝓprie: quoniā est respectu creature. Si vero vnus
actus fuerit exterior: vel vnus elicitus interior:
respectu vtriusq̄ imaginis ⁊ ꝓthotypi: ille ē ado-
ratio latria proprie quatinus terminat͛ ad ꝓtho
typum: ⁊ adoratio analogica inq̄tū terminatur
ad imaginem. ¶ V Ex illis patet quorundam
hominum stolidus error: qui adeo ad imagines
afficiunt͛: vt ī ipsis credāt esse aliqđ numinis gra
tie vel sanctitatis: quibus potētes sint facere mi
racula: ꝓstare sanitates: eripere a periculis: ⁊ a no
cumentis ac insidijs preseruare. Ex hoc assurgē
tes ad eorum venerationē vt premissorū aliquid
consequant͛. Arguit͛ ex eodem: nōnullorum indo
cta simplicitas ⁊ indiscretio qua reuerentius ado
rant imagines pulchras q̄ turpes nouas q̄ vetu
stas: aut ecōtra ornatas venustiori auro ⁊ purpu
ra q̄ nudas: credētes eos eo sanctiores quo ꝓcio
siores. Et vt Bernar. ait: offerentes libentius au
ro tectis vbi magis cernit͛ diuitiarum cumulus
Arguitur ⁊ alioꝝ rudis leuitas q̄ improuide vo-
ta emittūt: ad ꝑegrinādū se obligant nunc ad illā
nūc ad aliā ecclīa intuitu certaꝝ imaginū: creden
tes illa maiori ī illa q̄ sites ī alijs fulgere virtutib
clarere miraculis: ⁊ maiori fulciri ꝑtāte. Hec oia
in vnam transeūt superstitionē. In quā nō incide
rent: si rationē adorationis ac veri cultus atten-
derent: aut si ignorant informationē humiliter a
doctoribus reciperēt. Patet siquidē imagines fo
re res insensibiles que ex certa partiū suarū figu-
ratione ⁊ ordine imaginis nomen sortiunt͛. vnde
eis cōuenit res alias significādo repńtare. Ra-
tio aūt adorationis in deo vt dictū est: est perfe-
ctio summa ac vniuersalis ꝓuidentia. In creatu-
ris vero est aliquid diuinū: puta virtus / potestas
aut excellētia aliqua singularis a deo ꝑticipata:
quoꝝ qr neutrū reperit͛ in imagine: nulla talis ꝓ
pter se adoranda est neq̄ auxilium quodcunq̄ ab
eis postulandū est. Neq̄ em̄ vident neq̄ audiūt /

neq̄ se intelligunt venerātes. Sunt eñ creature inanimate / quibꝫ nec est sensus neq̄ intellectus. Omnia eñ que dicta sunt a deo et sanctis quorū sunt imagines: qui ꝛ per se corā imaginibꝫ odorādi sunt fideliter expectant. Ipse ꝟo imagines per accidēs honorant: nō ꝑpter virtutē potentiā aut gratiā eis inexistentē: sed ꝑpter repñtationē coꝝ quibꝫ talia insunt. Hinc vt sup̄ allegatū est neq̄ ipsis vt dijs seruimus: nec spem salutis in eis ponimus: nec iudicium ab ipsis expectamus. ❡ Et si aliquādo miracula fiunt hominibꝫ etiā ad ea cōfluentibꝫ: adiutoria aut sanitates prestant. Non hec virtute imaginū sed virtute dei: ministerio bonorū angeloꝝ ad intercessiones sanctoꝝ cōtingunt. Vel etiā nōnunq̄ operatione demonū ad fallendū inordinatos cultores deo ꝑmittente ꝑ gēte taliū infidelitate. Nec tñ ꝑpter hoc imagines ꝑijciēde sunt: aut de oratorijs eliminā de occasione idolatrie deuitāde. Aut pegrinationes ad certas imagines vel certa loca: ꝑsertim cōsecrata vl' etiā cōsecrāda penitus reprobanda. Non eñ vsq̄ quaq̄ negandū est / quin in certis locis singulariter relucent beneficia dei: ꝛ maiora crebrius q̄ in alijs: vel ꝑpter sctōꝝ reliqas ibi ꝯditas: vel occulta ministeria futuris tp̄ibꝫ ibi celebrāda aut celebrata. Vel alias causas nobis occultas / ꝑpter q̄s deus vnū locū elegit suo cultui nō aliū. Sic primo elegit tabernaculū qđ ꝑ Moysen erigi mandauit. Deinde locū in silo. Deinde templū Salo-

Deu.12 monis in hierusalē. Vñ ait moyses. Caue ne offeras holocausta tua in omni loco quē videris: sed in eo quē elegit dñs ꝛc̄. Ibidē. Nam ꝛ Iacob. vt habet Geñ. xxviij. Post scale cui⁹ summitas celū tetigerat visionē q̄ angeloꝝ in ea ascēdentiū ꝛ descendentiū ait. Vere dñs est in loco isto ꝛ ego nesciebā: surgēsq̄ erexit lapidē in titulū fundēs oleum desup: appellauitq̄ nomē loci illius bethel: qđ interp̄tat domus vel habitaculū dei. Vñ ꝛ dixit. Terribilis est loc⁹ iste: nō est hic aliud nisi dom⁹ dei ꝛ porta celi. Iddirco locū istū tituli erectione sacrificio ꝛ voto q̄ dño vouerat honorauit. Edoctus quā eñ diuinit⁹ vidit: q̄ta ꝛ mirabilia opaturus erat in loco isto. Nam ibi fundandum erat templū ad dei specialē cultū. Ibi consūmaturus erat dñs opus nostre redēptiōis: seip̄m patri in cruce offerens. Propinquus eñ erat locus crucifixiōis. Ideo post reditū de Mesopotamia ibidē sacrificiū obtulit: vt habet. Geñ. xxxv. Non locū ꝑpter locū sed ꝑpter mysteria ibidē futura: in loco isto dño sacrificauit. Vñ Aug⁹. in glo. sup lapidē libauit Iacob non lapidi. Sic nec reprobari pōt. Si dū in vno loco vel corā vna imagie crebrescūt miracula: sanitates ꝛ cetera beneficia in eodē loco: non locū sed deum qui inibi opat laudare: nec imaginē sed coram imagine deū ꝛ sanctos cōtingat adorare. Itaq̄ nō inanimatis: sed deo ac sanctis eius honor / laus / ꝛ adoratio impendat. De hoc latius sup̄ lec. xxxij. dictū est: qua rationabili discretione: nunc in vno loco: nunc in alio: nūc in vno tempore: nunc in alio: nunc ad vnū sanctum nunc ad aliū ꝓ diuersis donis virtutibus ꝛ gratijs recurrere licet easq̄ deuotis orationibꝫ impetrare. Ec quō in sanctoꝝ venerationibꝫ diuina bonitas / sapiētia / potentia extollit ꝛ laudatur: ꝛ multa huic ꝑposita applicanda. Hec de imaginū adoratione rōne repñtationis. Nūc de adoratione rerū ratione specialis vnionis ad naturā rationē adorabilē dicendum. Qđ tamen sequenti lectioni reseruandum est.

## Lectio L A

Res adorande ratione specialis coniunctionis rebꝫ ꝑpter se adorandis. Sunt hec quedā speciali quadā habitudine coniuncte fuerunt deo Christo vel sanctis: velut ꝑtes coꝝ sicut reliquie sanctoꝝ q̄ sm se vel eius materiā fuerūt partes corpoꝝ sanctoꝝ dum in terris vixerūt: vt ossa vel pulueres in quos resoluta sunt coꝝ corpora. Vel vt arma triūphi sicͭ crux chri: claui / lancea / corona / flagella colūna / ꝛ similia. Suo mō de sanctis velut vestes ꝛ res alie in coꝝ vsum ꝑ corporū ꝛ membroꝝ sanctoꝝ contactū venientes. De sanctoꝝ reliquijs tenēdū q̄ ille venerande sunt tāq̄ ea q̄ fuerūt ꝑtes corpoꝝ sanctoꝝ: saltē sꝫ materiā eaꝝ: vt dictū est supra lectione. 42. Partes aūt simili adoratione adorande sunt cū toto. Cū ergo sancti dulia adorandi sunt: simili adoratione dulie coꝝ reliquie sunt adorāde. Simili dici nō eadem: quia adoratio dulie analogice attribuit sanctis ꝛ partibꝫ: que non sunt creature rōnales / hoc est partibꝫ materialibus: ꝑpter animā rōnalē cui debet dulia ꝑprie dicta: siue sit actu pars siue fuerit pars. Ceteris partibꝫ puta corpi vel parti eius debet dulia analogice siue sit actu ꝑs sancti siue fuerit aliqñ pars eius. Et hec clare patent resoluendo terminos in coꝝ quid noīs: puta latriā ꝛ duliā. Sūt eñ sanctoꝝ reliquie venerabiliter honorāde: vt ꝓbat beatus Hiero. contra vigilantiū qui cultū reliquiaꝝ sanctoꝝ reprobauit. Qđ ex hoc etiā ꝓbat: qꝛ ꝑ cōtactū illoꝝ: multa dñs beneficia cōtulit ad eaꝝ dignitatē declarandā. Sic ad cōtactū sepulchre btē Agathe / curata est mater sctē Lucie a sanguinis ꝓfluuio. Ad cōtactū ossiū Helysei ꝓphete: vita restituta est mortuo. ❡ Ad contactū semicinctioꝝ Pauli ꝛ sudarioꝝ: sanati sunt languidi. Sic de straminibus in quibꝫ cubauerat beatus Martinus legitur ꝛ similibus. ❡ Honor ergo siue adoratio dulie sanctoꝝ reliquijs impensus vel impensa quantū ad interiorem actū: nihil aliud est q̄ recognitio iterior quā hmōi reliquie creduntur esse vel fuisse partes corporum sanctoꝝ dum vixerunt in hac mortali vita / quibus deuote seruierunt domino: ꝛ meruerunt gloriam: cuius post resurrectionem dum reunientur animabus sanctoꝝ participes erunt per dotes glorie corporis. Hec inquam recognitio ꝛ

complacētia volūtariis: ꝯsequēs est ſm rem act⁹
dulia interior: analogice non ꝓprie: quia non re-
cognoſcunt tanq̄ rōnales creature habentes i se
diuina gratie dona ꝛ merita ac virtutes dei per
actus beatificos capaces ſm potentiā dei ordi-
natam: q̄ recognitio est actus dulie ꝓprie accepte
Sed recognoſcunt tanq̄ aliquid ptinēs ad eas
Et actus exterior reuerētialis in signū interioris
actus exhibitus/est dulia exterior hmōi reliquijs
debitus. ¶ Et quia nō habemus distinct⁹ actus
exteriores: distincte latriam vel duliam ꝓprie vel
analogice dictā repñtantes: ideo in variaꝝ rerū
adoratōib⁹ eisdem actib⁹ exteriorib⁹: nō tñ eisdem
actū interiorē significantib⁹ vtimur: vt genu fle-
ctimus coram venerabili sacramento: corā ima-
gine crucifixi: coraꝫ sanctoꝝ reliquijs: Idē signū
foris eadem. s. genuflexu/sed nō idem actus inte-
rior. ¶ B Suo modo dicēdū est de ceterꝭ
supradictis vt armis triūphalib⁹/vestib⁹/sepul-
chris ꝛ alijs olim ad vsum sanctoꝝ ptinentib⁹.
¶ Generalr igit oia ꝯiuncta adorandis: eadem
specie adoratōis analogice adoranda sunt: quib⁹
ea ad que ꝯiuncta fuerūt adorant proprie. Si la
tria latria. Si hyperdulia/hyperdulia. Si dulia/du
lia. Sic ppuciū christi ꝛ sanguis christi de corpe
ei/in cruce fluens. Si adhuc in terris ꝯseruant/
sicut vtrūq̄ in eccl'a lateranēsi vrbis rome ꝯtineri
dr: ꝛ in die scrō pasche populo adorandum osten
ditur. Si vnq̄ domin⁹ resurgēs nō reassumpsit
totū sanguinē fusū: ꝛ quicq̄d fuit de veritate hu
mane nature: eadē adoratōe adoranda sunt quā
humanitas Christi: non vt ꝯiūcta verbo. Nam p̄
puciū si adhuc reseruat in terris: non est vnitū di
uinitati: q2 non est actu ps corpis: sed quoddam
suppositū p se: sicut q̄libet pars integralis sepa-
ta a toto est p se suppositū: nō aūt sunt plura suppo
sita verbi. Nec hoc est cōtra Damas. quod semel
assumpsit nō dimisit. Ueꝝ eñ h est q̄tū ad ptes
essentiales totales humanitatis Christi: nā to-
tū corp⁹ nūq̄ dimisit nec in sepulchro: nec aiam
dimisit etiā in inferno. Nā dubiū nō est/q̄n ptes
corpis materialis p actōem caloris naturalis re
solute dimisse sint. Similr ꝛ ppuciū post circūcisi
onē vbicunq̄ fuerit: ante resurrectiōem non fuit
vnitū hypostatice deitati. Quō aūt humanitas
Christi adorāda sit/statim dicet. Nō difformiter
dicēdū erit de cruce dñica/clauis/lancea/ꝛ ceterꝭ
christi sanguine rubricatis. ¶ C Ueꝝ de cru
ce christi duplr loq̄ possumus: ſm sctm̄ Tho. in
iij. scripto di. ix. q. ij. Aut de cruce q̄ est imago cru
cifixi: siue picta/siue sculpta/siue de quacūq̄ ma
teria fabricata/etiā si fuerit de ligno dñico. Et sic
dicēdū est sicut de alijs imaginib⁹ Christi/q̄ ado
randa est latria sicut ꝓthotypus: ad sensū tamē
ṗus expositū. Scd̄o modo loq̄ possumus de ip̄o
crucis ligno: in quo sal⁹ nostra christus pepēdit:
nō vt imago s3 vt tale lignū mēbris christi in eo
suspēsis ꝯsecratū. Et sic dr Thomas nō est adorā
dū latria s3 hyperdulia: q2 nō ptinet ad ꝑsonā ꝟbi s

cut ps eius: sed est res q̄dam eius in qua salutē
opatus est in medio terre. ¶ Beatus Bonauē. di
cit q̄ vtroq̄ modo ꝯsiderata debet sibi duplex ser
uitus: adoratōis ꝛ veneratōis. Adorationis la/
trie: ꝛ veneratōis specialis/q̄ nec est latria nec du
lia. Nam ſm eum honor exhibitus in famulatū
complacentie, est honor adoratōis latrie. Ille ve
ro qui exhibet in obsequiū reuerētie/est honor ve-
neratōis. ¶ Sed ꝯcordiret ad p̄dicta dici potest:
q̄ crux Christi ꝛ cetera salutꝭ nr̄e arma/q2 res q̄dā
sunt ad christū ptinētia. Ip̄a eñ vt Ans. loquit:
sunt instrumēta fortissima/q̄b⁹ omnipotēs ꝟtus
ꝛ inuestigabilis sapiētia dei restauratōem mundi
potēter ac mirifice opata est: ip̄o q̄ attactu mem-
broꝝ Christi dedicata/ꝛ tanq̄ p̄ciosissimis mar-
garitis ornata sunt. Et ideo adoratio coꝝ ad ean
dē spēm adoratōis reducit: qua adorat christus:
cui spēali q̄dam habitudine ꝯiungunt: hoc ē ado
ratōne latria non ꝓprie dicta sed analogice: q̄ ado
ratio q̄tū ad interiorē actū nihil aliud est nisi act⁹
intellect⁹/quo talia cognoſcunt: tanq̄ res q̄dā
siue arma: spēali q̄dam habitudine ad Christū p
tinētia: vel etiā act⁹ volūtaris sibi in his vt talib⁹
ꝯplacētis. Et hec missio nullā patit difficultatē.
¶ D Sed nūc de humanitate christi q̄ spe-
cie adoratōis illa est adorāda vidēdū est. De h aūt
varie sunt opiniones ex diuersis sctōꝝ auctorita
tib⁹ ortū trahētes. Uñ in hoc oēs vident ꝯcorda-
re: q̄ hūanitati christi in se ꝯsiderate/nō vt vnite:
debet dulia maior vel minor ſm diuersas ei⁹ cōsi
deratōnes: vt infra dicet. Considerata autē vt a
verbo assumpta ꝛ nature diuine in verbo hypo-
statice vnita. sic de eius adoratōe inueniunt tres
opiniones. Una tenet q̄ vt sic adoranda est du-
lia maiore que hyperdulia dr. Motiuū/quia sol⁹
deus adorand⁹ est latria: ꝛ natura nō cōmunicat
alteri nature sua ideomata. Uñ nō dr hūana na-
tura de⁹/l3 vnita diuinitati. Nec dr eterna/infini
ta creatrix: l3 vnita sit nature infinite eterne crea
trici. Et ita dr q̄ non sit adoranda latria: l3 vnita
sit summe maiestati latria adorande. Allegant p
se glosam sup illud ps. Adorate scabellum pe-
dum eius: que dr. Caro christi sine impietate a ꝟ-
bo dei assumpta adorat a nobis. Non illa dico
adoratōe que latria est/que soli creatori debetur
sed illa que dulia dignior est. Secūda opi. tenet/
q̄ humanitas christi considerata vt vnita verbo
latria est adorāda. Moti auctoritate Joānis da-
masceni. Et allegat mgr. iij. sententiaꝝ distin. ix.
Non inadorabilē carnē dicētes. Adorat eñ in
vna ꝟbi hypostasi. Sed: Non vt nudam carnē
adoramus: sed vt vnitam diuinitati in vnam hy
postasim dei verbi duabus reductis naturi. Ti-
meo carbonē tangere ꝓpter ligno copulatū ignē
adoro Christi dei mei simul vtrāq̄ naturā ꝓpter
carni vnitā deitatē. Itē btūs Aug. in ſmone sup
illud: Non turbet cor vestꝝ ait. Ego dñicā car-
nē immo pfectā in christo hūanitatē iō adoro q̄ a
diuinitate suscepta ꝛ deitate vnita est: vt non ali-

um et alium: sed vnum eundemq3 deum z homi nem filium dei esse confiteat. Deniq3 si hominez separaueris a deo: illi nunq3 credo nec seruio. Ue lut si qs purpurā vel diadema regale iacēs inue niat: nunq3 ea conabit adorare: Cum vo rex ea fuerit indut: piculū mortis incurrit/si ea cū re ge qs adorare ɔtempserit. Ita in Christo dño hu manitatē nō solā vel nudam/sed diuinitati vnitā vnū filiū/deū vez z hoiem vez/si qs adorare ɔtempserit/ eternalr morietur. Item supra ps. xcviii. Caro sine ipietate a vbo dei assumpta ado ratur a nobis: quia nemo carnem eius mādu cat nisi pus adoret: sed q adorat nō terrā intuet/sed il lum potius cuius scabellū est pter quē adorat. ¶ Dicunt ergo illi q secus est de exhibitiōe hono ris z alijs pprietatibꝰ. Honor nō respicit hāc prē vel illā/sed respicit ipam psonā. Unde q̄uis pur pura z vestimētū regis non participet pprietates eius absolutas: ɔmunicat tñ in honore z reuerē tia. Et ideo qz est vna psona in Christo/cui debet reuerētia summa. vna adoratiōe latrie est adoran da q̄tum ad vtranq3 naturam diuinā scz z hūa nam. Sicut eadē adoratiōe adorat in vno homi ne caput z pes. Et hanc approbat sctūs Bona. in iij. scrip. dist. ix. q. j. vñ dr: Concedendū est q chri stus homo nō solū adorādus est latria: sed etiam eius humanitas in q̄tum verbo est vnita: q̄uis put in se cōsiderat nō debeat ei nisi dulia. Quo niā aūt Christi humanitas nunq3 est a vbo sepa rata: ideo semp consideranda est vt ɔiuncta: z semp adoranda est latria. Hec Bonauē. ¶ E Ter

Latria ca pit tripl'r

tia opi. q humanitas Christi vt verbo vnita ado rat latria: sz nō ppriissime sed large sumpta. Pro cuius intellectu rememorādum q sm Alexā. de ales/latria tripl'r sumit. Uno modo ppie p cul tu soli deo debito: siue sm dignitatē in cuius pri cipatōe nō est creatura: vel in cuius pricipatōe est creatura. Scdo mō stricte vt restringit vocabu lū ad seruitutē q debet creatori rōne dignitatis: in cuiꝰ pricipatōe non est creatura. Sic accipit la tria in glo. pcedēti lectōe allegata. Deo/cui debe tur latria: domino/cui debetur dulia: cuiꝰ intel lectꝰ ibidē declaratꝰ est. Tertio mō accipit large/ vt non dr solū seruitutē q debet dignitati diuine sed etiā creature vnite ipi. Hec videt esse Raba ni dicētis: Caro Christi latria adoranda est sicut vbū: sed nō omni specie latrie: qm̄ adoramꝰ eam oino pstrati in terrā/sic q credamꝰ/q nos crea uit de nihilo: nec sacrificamus ei sicut dō/sz ado ramus eam/qz p ipam redempti sumus. Sic er go dr latria extēso noie/siue large z vt sup dictū ē analogice. Prime due opi. accipiūt latriā pprie: tertia vo vt patuit large. ¶ Ueritas huius que stionis: Utz humanitas Christi ɔiuncta verbo/ adorāda sit latria: facile inuestigat si loco huius vocabuli latria/eius qd nois ponat: z qs sit actꝰ latrie interior qui pncipalis est intelligat. Nam. de exteriori nō est difficultas/cū eodem actu exte riori adoramus latria z dulia creatorē z creatu-

ram sm subordinatōem tñ ad aliū z aliū actū in teriorem: vt frequēter dictū est. Latria em̄ vt sup habitū est lec. lxix. est reuerētia exhibita alicui vt summo z vniuersali oim pncipio. Actus interior latrie aut est actus intellectus aut volūtatis vel vtriusq3/pter illos nō est alius. In intellectu aūt respectu vniuersalis boni non est alius actus ni si cognitio siue pfessio eiꝰ tanq3 summi boni: q est actus fidei: extēdēdo nomē ad sciam z omnez fir mam adhesionē veri. In volūtate nō est actꝰ aliꝰ ordinatꝰ nisi dilectio eiꝰ tanq3 summi boni in se: z summi boni creature rōnalis. ¶ Nullus horum actuū haberi pōt respectu cuiuscūq3 creature si ue vnite verbo siue nō. Quero em̄ vtrū humana natura vnita diuine in supposito verbi sit summū z vniuersale omniū pncipiū. Item vtz vt sic vni ta sit summū bonū sup omnia diligendū. Certuz est q neutz ɔcedit: ergo ad naturā humanā ver bi (q licet vnita sit verbo/distinguit tñ realiter a verbo z a diuina natura) non pt terminari actus latrie qualitercūq3 ɔsideret. ¶ F Sequēs er go Alexan. de ales/pmitto q refert multū loqui de humana natura in christo/z de homine Chri sto. Nam hō/nomē est suppositi siue psone: nō sic hūana natura. Unñ hō Christus/est suppositū vbi subsistētis in natura hūana. Persona em̄ vbi/qa subsistit in duobꝰ naturis/humana scz z diuina: eadē vna z indistincta est deus eternus pter di uinā naturā: est hō verus pter naturā humanā. Humana aūt natura in christo est ɔpositū ex car ne z aia: qd manēs creatura assumptū est a psona verbi. Sicut idem homo est credēs in deū z dili gens deū: credēs p actū fidei: diligēs p actū cha ritatis: nec tñ actus fidei est actus charitatis: nec actus fidei est hō credēs: sz aliqd in noie distinctū ab hoie. Et ideo lz actꝰ fidei z actꝰ charitatis duo sint/nō tñ duo sunt hō credēs z diligēs: sz vnꝰ ipse est q credit z diligit/q̄uis p aliud credit z per ali ud diligit. Ita duo sunt realiter z essentialr disti cta natura z humana z diuina: hec temporalis/ ista eterna: hec creatura/ista creatrix eēntia. Una autem est persona z penitus indistincta verbi scz filij dei: que subsistit eternalr in natura diuina: et ex tempe assumpsit humanā. Et p hoc eadē z in distincta est deus z homo/deus ab eterno/hō ex tpe. Refert igit loqui de adoratōne humanitatis christi/z de adoratōne hominis Christi. Licet nō nunq3 sancti vno vtant pro alio prout est frequēs id apud Aug. Uerbū suscepit hominē: vbi hoiem accipit p natura humana: qz verbū nō suscepit p sonā sed naturā. Ista nūc supponant ex tertio sen tentiarū. Quibus pmissis ponunt quattuor ppo siciones. ¶ G Prima/hō christus vna adora tione que est latria pprie accepta est adorandus. patz qz homo christus est psona verbi z ita deus: z p ɔñs ea adoratiōe que solius dei est adorandꝰ. Hec aūt est latria pprie dicta. Item credendum z pfitendū est hominē christū esse summū z vniuer sale omniū principiū: qz deus sm illud symboli.

Dñs noster Jesus christus dei filius deꝰ ⁊ homo est. Ab hac adoratõe natura humana secludenda nõ est: nõ ꝙ natura humana sit terminꝰ huiꝰ adoratõis: sed quia tota ꝑsona ꝟbi (hoc est ꝑsona verbi in humana ⁊ diuina natura subsistens) adoratur. Hec em̄ ꝑsona (qua ꝟe est hõ) est summum ⁊ vniuersale oim̄ ꝓncipiũ. Et ad hoc seruit similitudo purpure ⁊ diademat; regis. Silr ignita carbonis. Jdeo Dam̄. postq̄ dixerat: Adoro christi dei mei simul vtrãq; naturã: ꝓpter carni vnitã diuinitatẽ. addit: Non em̄ quartam appono ꝑsonã in trinitate: sed ↄfiteor ꝑsonam vnam verbi ⁊ carnis eius. His ꝟbis insinuare videt christi humanitatẽ cum ꝟbo vna adoratõe esse adorandam attendẽdo vnitatẽ ꝑsone/ qd̄ nihil aliud est dictu/ q̄ adoro simul vtrãq; naturã ad hunc sensuz. i. adoro christi ꝑsonã in vtraq; natura subsistentẽ. Hoc idem ꝑtendunt verba beati Aug. supra allegata. Scd̄a ꝓpositio/ humana natura in se considerata/ adorãda est dulia maiore siue summa q̄ hyperdulia est vocata. pbat: q2 in se ↄsiderata est creatura: sed ꝫm grãm ⁊ glãm omniũ creaturaꝝ ꝑfectissima: ꝗ sibi debet summa seruitꝰ creature debita que hyꝑdulia est dicta. Jp̄a deniq; est qua redempti sumꝰ ac patri reconciliãti quodammodo instrumẽtalr: q2 redemptõez ip̄am ꝓncipalr operata est diuinitas ꝑ humanitate tanq̄ causam meritoriã; Verũtamẽ nõ ois ↄsideratio illius nature est eius adoratio. Nam si ↄsidero naturã illaz generalr sub rõne entis. Hec ↄsideratio nõ meretur dici adoratio: q2 nõ est recognitio eius tanq̄ nature intellectualr hñtis excellẽtiã aliquã ex dono diuino. Similr ↄsideratio qua considero eaz vt naturã intellectualẽ simplr: nõ cum excellentissimis suis donis ⁊ gratijs. Hec ↄsideratio est q̄dem actus adoratõnis/ sed dulie minoris: q2 illo non ↄfiteor eam vt singulariter alias naturas intellectuales excellentem: sed tanq̄ vnã inter illas. Ex hoc est ꝙ q̄dam dicũt ꝙ humana natura christi siue corpus eius ⁊ anima potest ↄsiderari quadruplr. Vel vt est entitas q̄dam in se extra nihil: id est q̄ nõ est nihil: sed vt est aliquid extra suã causam efficiẽtem. Vel in ↄparatõe ad suam originẽ q̄tum ad ꝑtem materialẽ: vt scz ꝫm corpus formatũ est de ꝟgine speciali ⁊ immediata oꝑatione spũssancti. Vel tertio in ordine ad ꝑtem formalẽ que est aia intellectiua ad dei imaginẽ creata beatitudinis capax. Vel quarto vt deo vnita: vl' vnione gratuita excellentiore: vel vnione hypostatica ⁊ ꝑsonali q̄ est singularissima. Primis duobꝫ modis nõ est adorabilis: tertio adorat dulia minore: quarto dulia maiore ⁊ summa. ¶ H

co expletis animas vestras ꝛ sanguis pro aie piaculo sit. Et sicut pane in suũ corpꝰ cõuerso: ita vino in sanguinẽ suũ trãssubstãtiato nos nutriens eiusdẽ redemptionis sue memoriã ꝛ fructũ in nobis renouaret. Hinc zacha. ix. dr̃. Quid enim bonũ eius est: ꝛ quid pulchrũ eius nisi frumentũ electorũ: ꝛ vinũ germinãs virgines. Virgines diuina fecit: vtea potestate infinita qua panẽ in corpus: etiã vinũ cõuerteret in sanguinẽ. Ut sicut caro eius hac cõuersione vere facta est cibus: ita et cõuersione simili sanguis fieret vere potꝰ. Joh. 6 Caro mea vere est cibus ꝛ sanguis meus vere est potus. Hec totius cõformitas fecit vt eisdẽ ceremoniis seruatis id ipm corpꝰ .s. ꝛ sanguis sb vtrisqꝫ speciebꝫ crederetur ꝛ esset. Ideo sicut ibi: panẽ in manus suas venerabiles ꝛ sanctas accipiens / ac patri gratias agens / benedixit: in corpus suũ conuertit ꝛ discipulis suis dedit. Ita ꝛ hic calicem in easdem manus sumens: ꝛ itẽ patri gratias agẽs ꝛ bñdicens / in sanguinẽ suũ vinũ conuertit: ꝛ eisdem suis discipulis ministrauit. Qꝛ ergo similis effectus in vtraqꝫ ꝯuersiõe. Ideo similes cerimonie. ❡ B Igit̃ simili modo postqꝫ cenatũ est] a Christo scꝫ ꝛ apostolis: vtraqꝫ cena: agni scꝫ paschalis tipici: ꝛ corporis sui. accepit. ꝛc̃. Nam vltimo post oẽs cibos legales sacramentũ instituit et tradidit. Et vt pfectis veteribꝫ vmbris legis noua gratia institueret sacramenta: ꝛ ipsa arctius figeret in suoꝝ discipuloꝝ ac fideliũ corda. De tpe vero huius institutionis facte. xiiij. luna mensis primi: ꝛ de ieiunio celebrando ac cõficientibꝫ ꝛ sumentibꝫ h̃ sacramentũ. ẽ dictũ est lec. 34. ꝛ lec. x. Ideo nunc resciduntur. sequit̃ [Accipiens] scꝫ Christus [ꝛ hunc preclarũ] idest pre aliis clarũ nõ figuralẽ vmbrosum ꝛ nubilũ: vt vete. testa. sacrificia fuere: sed lucidã veritatẽ cõtinentẽ. Ideo de calice vete. testa. tanqꝫ nõ satis claro dixit. Luce. xxij. Nõ bibã de generatiõe vitis donec regnũ dei veniat. Matth. 26. vsqꝫ dũ bibam illud nouum vobiscũ in regno patris mei .i. in ecclesia q̃ regnũ dei dr̃. fm Greg. cõfirmata eius potestate. Hunc eñ preclarũ calicẽ quottidie bibit: ꝛ sibi inbibit in mẽbris suis que hoc potu salutifero corpori suo mistico incorporant̃: ꝛ ei per huius sacramenti gratiã vniunt̃: Hinc in p s̃. calix meus inebrians qꝫ preclarus est. Ad quã sobriã ebrietatẽ virgines / vt statim dictũ est germinantẽ: hoc est fidẽ incorruptã ꝛ perfectã charitatẽ tribuentem: spiritussanctus. Canti. 5. inuitat amicos / dicens Comedite amici ꝛ bibite: ꝛ inebriamini charissimi [Calicẽ] ❡ Calix fm Alber. a calore dicit̃: qꝛ calore charitatis accendit. Hinc in ps̃. dr̃. Calicẽ salutaris accipiã: ꝛ nomen dñi inuocabo. ❡ Hic notandũ ꝙ calix accipit̃ tripliciter. Uno mõ p vase receptiuo potus vel liq̃ris. Et ita dñs christus calicẽ recepit in sanctas suas manus: vt referunt euangeliste: hoc est vasculũ illud in quo fuerat potus. Scdo accipit̃ p passiõis amaritudine. h̃ mõ accipit̃ Matth. xx. cum dixit dñs filiis Zebedei

Potestis bibere calicẽ quẽ ego bibiturꝰ sũ: hoc ẽ potestis subire passionẽ ꝛ mortẽ quã ego patiar p redemptione humani generis. Et dr̃ calix passio iuxta veterẽ cõsuetudinẽ ad mortẽ cõdẽnatis potus in calice offerebat̃. fm illud Prouer. xxxi. Date siceram merentibꝫ: ꝛ vinũ his qui amaro sunt animo. Bibant ꝛ obliuiscant̃ egestatis sue ꝛ doloris sui non recordent̃ amplius. ꝛ Amos. ij. Uinũ dãnatorũ bibebãt. Tertio mõ sumit̃ p poculo in calice contento. Et sic accipit̃ Hiere. 49. Quibꝫ nõ erat iudiciũ vt biberẽt calicẽ. ꝛ Mar. 9. Quisquis potũ dederit vobis calicẽ aque frigide: quia christi estis: amẽ dico vobis nõ perdat mercedem suã. Sic in cõi locutiõe accipit̃ quo dicimus: ille ebibit totũ calicẽ. i. totũ potũ vel liquorẽ q̃ fuit ĩ calice. Et ita videt̃ cepisse christus cũ dixit. Hic ẽ calix sanguinis. In proposito vero accipitur primo mõ cũ dr̃ ex psona euãgeliste: accipiens ꝛ hunc preclarũ calicẽ in sanctas ꝛ venerabiles manꝰ suas: idest vas: nõ vtiqꝫ vacuũ sed cũ vino: quia premisit nõ bibã amodo de genimie vitis. Per qd̃ expssit vini liquorẽ fuisse in calice cõtentũ. ❡ C Ponit̃ aũt hic circa sanguinis cõsecrationẽ calix siue vas cõtinens vinũ cõuertẽdum in sanguinẽ: plus qꝫ circa cõsecrationẽ corporis: vbi absolute dr̃: accipiens panẽ: nõ dr̃ in sportella vel disco: quia cõsecrat̃ sanguis in rõne potꝰ. Nullus aũt liquor cõuenientẽr ẽ potabilis nisi in aliquo vase aut receptaculo cõtineat̃. Corpus aũt consecrat̃ in rõne cibi. Cibus vero solidus rationẽ cibi hꝫ: etiam si in nullo vase cõtineat̃. Et quia ad litteram nõ cepit christus vinũ in manꝰ immediate sicut panẽ: sed accepit in calice contentũ: ideo nõ dr̃: accepit vinũ sed calicẽ. ❡ Addit̃ etiã pnomen hũc demõstratiuum. Accipiens nanqꝫ sacerdos calicẽ in manus de christo loquens dicit: accipiẽs scꝫ christꝰ hũc calicem: hunc scꝫ eundẽ quẽ ego accipio. Sed quia dictum est: ꝙ calix aliquando accipit̃ pro vase: et aliqñ pro poculo in vase cõtento: potest hec identitas referri ad ipm vas vel ad vasis liquorem. Si refertur ad vas: non est idem quod sacerdos accipit: ꝛ quod christus accepit quantũ ad materiam ꝛ substantiã metalli. Sacerdos enim accipit calicem sacrũ de auro ꝛ argento: vel vbi paupertas ecclesie cogit de stanno: vt supra dictũ est Lec. xiij. Christus aũt qui apostolis suis possessionem auri ꝛ argenti interdixit: non creditur fuisse vsus calice argenteo vel auro: sed forte nec stanneo: qui paupertatem suam nobis declarãs / ait: Uulpes foueas habent: ꝛ volucres celi nidos: filius aũt hominis nõ habet vbi caput suum reclinet. Est ergo hic demõstratio non ad sensum / sed ad intellectum vt sit sensus: Hunc calicem: id est calicem eiusdem rationis quantũ ad liquoris cõtinentiam. Si vero calix accipitur pro potu in calice contento: aut pro vino cõuertendo in sanguinem: iterũ erit demonstratio impsonalis. Hunc calicem. i. vini liquorem eundem nõ numero: sed specie vel genere propinquo: tenendo aliqua vi-

ne differre specie essentiali. Uel si acciperet̃ ꝑ vi-
no conuerso ad est Christi sanguine p̃cioso/in quẽ
continuo ꝑ ꝯsecratõis verba vinũ ꝯuertit̃. sic est
demonstratio personalis: quia eiusdem rei nume
ro. Nam idem sanguis numero ⁊ non alius est in
quem vinum qđ in manus suas cena facta susce-
pit/ꝯuersum est: ⁊ in quẽ vinũ qđ nũc sacerdos i
suas manus accipit/ꝯuertit̃. ¶ D Accipi-
ens itaq̃ Christus calicẽ cũ vino/vtiq̃ p̃claꝝ ꝓ-
pter p̃clari ac corusci sanguis sui puritatẽ in quẽ
vini liquor/non in sanguinẽ hircoꝝ aut vituloꝝ
q̄ in veteri testamẽto sacrificio offerabat̃ vertẽd⁹
est: instituit vinũ in materiã ꝯsecrationis sui sanctis
simi sanguinis suo facto: dum ipm̃ vinum diui-
na sua ꝟtute/in veꝝ ⁊ ꝓpriũ ꝯuertit sanguinẽ: et
aplis suis/eorũq̃ successoribꝫ vini sic ꝯuertendi
contulit potestatẽ. Nam postq̃ ineffabili amore
suos discipulos refecit cibo angeloꝝ: ꝓpria scili-
cet carne sub specie panis vsui humano congruẽ-
tissima: vt amplius charitatis sue immẽsitatẽ ex-
ꝑmeret: instituit ⁊ eosdem reficere potu sacratissi
mo/sanguine suo dignissimo sub specie vini po-
tui ꝯuenientissima: vt sic nobilissima spũalis nutri-
tio anime/ꝑfecta corporis refectõe significaret̃. Ad
nutritõem eñ corporis ꝑfectã/nõ ꝑtinet solus cibo
ꝑtinet etiã pot⁹. Idcirco postq̃ accepit panẽ/sub
cuius specie tradidit in cibũ ꝓpriã carnẽ: accepit
⁊ calicẽ vini: sub cuius specie ꝫ in potum tradi-
dit ⁊ sanguinẽ. Et quoniã humanus sanguis in
ꝓpria specie sine horrore non est potabilis/clemẽ
tissimus redẽptor volẽs illũ tradere in potũ: sapi
entissime cum extranea velauit spẽ: vt sic ſm̃ Hu-
gonẽ sensus foueret̃ in vno/⁊ fides in alio edifica
ret̃. Fouet̃ sensus/dum solitã ⁊ ꝯsuetam ac gratã
spẽm potus percipit. Edificat aũt fides in alte-
ro: dum in eo qđ videt/q̃le sit illud quod nõ videt
agnoscit. Alijs q̃ꝫ ex causis ꝯmẽdauit p̃ciosũ san-
guinẽ suũ sub aliena spẽ: q̃ sup̃ lect. xxxv. sunt cõ
memorate. Quibꝫ addunt̃ ꝯgruentie que sequũ
tur. Quia eñ Christ⁹ sacerdos erat in eternũ ſm
ordinẽ melchisedech in sacrificiũ panẽ ⁊ vinũ offe
rẽtis. Cõgruebãt vt ad instar ei⁹ quẽ p̃misit post-
q̃ obtulit panẽ acciperet ⁊ vini calicẽ: vt figure fi-
guratuꝫ videret. Expressior eñ sacramẽti corporis ⁊
sanguis Christi figura erat sacrificiũ Melchise-
dech sacerdotis. Ampli⁹ vt h̃ sacrificiũ ꝟe ⁊ ꝓpin
que gereret similitudinẽ eius quod ſcat/accepit
calicem vini. Uoluit q̃dem christus hoc sacramẽ
tum ſcare suum corpus veꝝ ⁊ sanguinẽ natura-
lem/⁊ spũalem refectiõem/⁊ mentis inebriatiõeꝫ
¶ E Idcirco postq̃ accepit panem hñteꝫ cõ
gruam ſcatõnem corporis ⁊ refectiõis spũalis. Ac
cepit ⁊ vinum habẽs ꝯgruentiã ad ſcandum san
guinem ⁊ spũalem inebriatiõem. Uinum q̃ppe ex
vite succrescit. in vua colligit̃. in ea ꝑ solis ardorẽ
maturat̃: ⁊ in torculari p̃lo exp̃mit̃: vt fiat potus
reficiens/⁊ sitis ardorem restringens. Et ꝑ hoc
plene ꝯpetit sibi Christi sanguinẽ ſcare. Nãꝫ ipse
succreuit ex vite fecũdissima/ꝟgie. s. b̃ndicta. De

qua ⁊ caro ⁊ sanguis Christi traxit originẽ. Chri
stus q̃ꝫ ipẽter vita est salutaris: quã p̃mo ꝓtulit
ꝟgo g̃riosa/⁊ veri exploratores/apl̃i. s. ⁊ ꝓphe/ad
nos humeris suis fortiter ⁊ ꝯstãter gestãtes ꝑ fi-
dẽ ⁊ p̃dicatõem detulerũt. In q̃ liq̃r ille p̃ciosus
sanguis/immẽso ardore amore est maturat⁹ vsq̃
dũ passiõis p̃lo in torculari: patibulo videlꝫ cru
cis exp̃meret̃: ⁊ ꝓflueret in potũ toti⁹ hũani gñis
refectiuũ ⁊ in extinctiõem sitis spũalis q̃ ex ardo-
re ꝯuenit ⁊ ꝯcupiscẽtia petõꝝ. Quo nanq̃ liq̃re
alti⁹ potuissꝫ christ⁹ inebriatiõem mẽtis designa-
se/q̃ ꝑ vinũ in quo q̃tidie in vita corꝑali iocunda
mur ⁊ reficimur: ſm illud P̃s. Et vinuꝫ letificat
cor hoĩs. Accepit igitur vinũ in calice/tanq̃ ma
teriã ad ꝯsecratõem sui sanguinis magis ꝯgruẽ-
tẽ. Item in sacramẽto cibi spũalis debꝫ attẽdi ali
qua oꝑatio substãtalis: id est p̃ncipalis: per quaꝫ
ab alijs distinguit̃ sacramẽt̃. Et cũ in baptismo
dat̃ esse substãtiale ꝑ gñatõnem spũalem/vt vult
Dionysius. Et in sacramẽto ꝯfirmatõnis datur
incrementũ ⁊ robur spũale. Ita ad idem esse ꝯser
uandũ ac deperditũ restaurandũ ⁊ augendũ/dat̃
in eucharistia edulũ spũale. Edulium aũt spũa-
le cũ dat̃ ꝑ sacramẽtũ visibile/nihil causat in gra
tia qđ ex sacramẽti siĩtudine non ſcat. Hoc au-
tem sacramẽtũ institui debet in elemẽto corpora-
lis refectõis cibi scꝫ ⁊ potus. ¶ F Est auteꝫ
alia oꝑatio corꝑali refectõe cibi: alia pot⁹. Ideo
sicut post cibũ corꝑalẽ sumit̃ pot⁹ ad ꝑfectõeꝫ nu-
trimẽti corꝑalis/q̃ diuisam habꝫ opatõem in sa-
tisfactõe sitis: ⁊ latõe nutrimẽti/⁊ q̃sdã alias. Ita
post nutrimẽtũ spũale sumit̃ pot⁹ ad ꝑfectõnem
spũalis nutrimẽti. s. sanguinis: q̃ ⁊ diuersam ope
ratõem habet a corꝑe. Corpus eñ dedit Christ⁹
in ꝯmunionẽ sui ⁊ mẽbroꝝ: sanguinẽ aũt dedit i
redemptõem petõꝝ. He aũt sunt diuerse oꝑatio
nes: nulla eñ existẽte redẽptõne facta vł faciẽda/
adhuc esse possꝫ ꝯmunio: etiã posita ꝯmuniõe ca
pitis ⁊ mẽbroꝝ: nõ oꝑteret q̃ eo mõ quo nũc/essꝫ
redemptio: vt pꝫ in angelis/vbi est mẽbroꝝ cõio/
⁊ nõ redemptio. Uel si hoc nõ placet/in statu in-
nocẽtie si hõ ꝑmansissꝫ/potuit deus incarnari si-
cut nũc: ⁊ tamen non pati. Fuisset ergo tũc ꝯmu
nio/⁊ non redemptio. Diuerse ergo vident̃ gratie
communionis ⁊ redemptõnis. Cum ergo domi
nus sic multiplicauerit sacramẽta vt omnes gra
tias habeamus in sacramentis: nõ sufficit habe
re g̃ram ꝯmunionis ꝑ corporis sumptõnem: q̃ in sa
cramento significat̃ ꝑ elemẽtũ panis: nisi etiã ha
beremus g̃ram redemptõis ꝑ sanguinẽ: q̃ signifi
cat̃ ꝑ elemẽtũ vini. Hac ergo rõne christus vtrũ-
q̃ instituit. Et lꝫ sanguis habeat̃ in corpore sub
specie panis: non tamen ex virtute sacramentali
hoc est/non vi consecrationis sacramentalis/sed
potius ex vnione naturali: q̃ humores vniun-
tur cum corꝑe/cuius sunt humores. Oportꝫ au-
tem propter effectum sacramentalem/vt habea
tur sanguis ex virtute sacramenti ad nutriendũ
pertinente. Et ita oportuit/vt ibi esset consecra-

tio alterius elementi/puta vini: sub quo virtute sacramenti sanguis dñi contineretur: ne sacramentum eet imperfectũ alimẽtũ. ¶ S Quo ãt sint operatões speciales potus in sacramẽto/cõsequẽter exponit dominus Albertus: Ex principalis operatio nutrimenti est restauratio deperditi in vita spirituali. Non enim pt esse vita spiritualis/quin ex multis occupatõibus z negligentiis hois fiat aliqua deperditio spiritualis per fam. m z carentiam alimenti spiritualis: que per hunc spirituale cibum restauratur. Per potum autem q institutus nutrimẽtũ mẽbris/fit hec restauratio spũalis: vt sic christo fortiter incorporemur: inhereamus et maneamus in ipõ/sicut hi qui per humorem sanguinis suo corpori sumus influti. Unde z ipe dt Joan.vj. Qui mãducat carnem meam z bibit sanguinẽ meũ/in me manet/z ego in eo. Sic aũt sibi influti z coherẽtes/spũ ipius pticipamus z vitam. Qui manducat inquit me/z ipe viuet pter me. Hinc Eccl.iiij. Sapia vitam filiis suis ispirat: z suscipit exquirẽtes se: z pibit in via iusticie. Sapientia Christus est/qui corpus suum cõmunicando membris suis/z sanguinẽ influendo/influit z inspirat eis spm z vitam: z sic in suã incorporationem suscipit inquirentes se: preiens eos in omni via iusticie: quia nisi sic/simus in ipo: viã iusticie non possumus tenere. Subdit z alias spẽales operatões. Idem Albertus: quia vngit ad salutis sanitatẽ: per ipum dat spẽale pignus spũs. Lauat viciorum sordes: rigat arida: extinguit malo calore incensa: tingit z coronat ac christo consignat/per longũ pseqũit. de qbus cum de fructu huius sacramẽti tractabit spũ calamum ducente dicet Alexãder de ales parte.iiij. q.xxxj. mẽbro.ij. etiã plures ponit rõnes. Unã ponit vt duplici ratõni institutõnis respondeat duplex spẽs sacramenti. Institutum eñ est ad augmentum/vt firmior sit vnio mẽbrorum corpis christi cũ capite: z vt firmior sit recordatio redẽptõis facte p Christi sanguinẽ fusum in cruce. Specie panis q est sacramẽti corporis/affert effectus vnionis. Specie vini q est sacramẽtum sanguinis/memoria redẽptõnis Alia rõ: Nam duplex est mysticum huius sacramenti. Unũ est respondẽs incarnatõi: aliud passioni. In incarnatõne facta est vnio diuine nature cum humana. Unde christus caput est ecclesie: cui vnita sunt membra: qd significat in sacramento corporis Christi sub specie panis. In passione facta est redemptio nostra effusione sanguinis: qd significat in sacramẽto sanguinis sub specie vini liquetis. In sumptõe igitur corporis christi sub specie panis significat piunctio membrorum corporis Christi cum capite facta per incarnationem. In sumptione sanguinis sub specie vini/redemptio nostra per sanguinis christi effusionẽ. Uñ in hoc vno sacramento signat quod est incarnatõnis: et quod est passionis: propter quod est pfectissimũ sacramentorum. Aliam rõnem assignat vt significetur in christo duplicis nature assumptio. In nobis duplicis nature redẽptio. Uñ glo.j. Cor.xj sup illo: Hoc facite in meam cõmemorationem. Dicit: Cum totus sub specie panis/tot sub specie vini sumitur: cur non in vna/sed in duabus dedit: Ut ostenderet christus totam humanam naturam/id est corpus z aiam sumpsisse: vt vtrunque redimeret. Panis eñ ad corpus refert/vinum ad animam: quia vinum operat sanguinẽ in quo est sedes anime. Ergo in duabus speciebus celebratur hoc sacramentũ: vt anime z corpis susceptio in Christo z in nobis vtriusque liberatio significetur. ¶ J Item sub duplici specie institutum est pter duplicem eius effectũ. Ualet enim vt dt Ambrosius/ad tuitõem corpis z anime. Et licet illud quod sumitur sub speciebus panis vel ad vtrũque: z similiter quod in vino sumit: quia in pane totum z integrum: z similiter in vino totum z integrum sumitur. Sz si in pane tm sumeretur alterum tñ significaretur: scz q ad tuitionem corporis valeret. Si in vino tm sumeretur/solum significaretur q pro salute anime sumeretur: quia vinum saguinẽ significat: in quo vt dictum est sedes anime esse dicitur. Omnes ille rõnes reduci possunt ad quinque. Nam sub distinctis speciebus panis z vini institutũ est/propter perfectam significatõnem spiritualis nutrimenti: correspondentiam veritatis ad figuras veteris testamenti: perfectam similitudinẽ ad rem sacramenti. Seruire effectum distinctõi corpori z sanguini p appropriatõnem conuenienti: variam representatõnem in christo sumenti: quorum membrorum declaratio ex premissis satis patet. ¶ Sed statim surgit dubium: Cum sint distincte spẽs/quomodo saluari possit vnitas sacramenti. Sed de hoc dicet post expeditam consecratõis formam. Et quoniam in his verbis/Accipiens calicem. tangit institutio materie/que est vinum in sanguine transsubstantiandũ. De materia ista tractatum est supra lectõne.xxxv. ¶ R Sequitur [In sanctas z venerabiles manus suas.] exponatur vt supra lectõne allegata.z.xxxvj. vbi pene eadẽ verba/panis consecratõni premittuntur. Nam tactu sue manus/vino contulit vt semper posset in suum sanguinẽ cõuerti: vt dt Albertus: id est materiam consecrandi sanguinis instituit. [Item] .Iterum [gratias agens tibi] scilz patri de humani generis redemptõne/per sanguinem suum iam in christo fienda. Eadem quippe nocte tentus z mane sequenti crucifixus/sanguinem fudit: q nos ab eterna morte redemit. Hanc enim amore intensissimo desiderauit: z cum gaudio portionis superioris perfecit. Unde Luc.xij. ait: Baptismo habeo baptisari: z quõ coartor: donec pficiatur. Et ad Heb.xij. proposito sibi gaudio sustinuit crucem/confusione cõtempta. [Benedixit] omni benedictione gratie consecrando/z vinum in suum sanguinem transsubstantiando. In quo verbo sacerdos cruce signat calicem: vt sm Albertum significetur hec benedictio: a primo per

fectore sctificatõis/pat re celesti ꝓfluere in sacramẽtum. ¶ Utrum autem Christus bñdicendo ac ꝯsecrando signo aliquo corꝑali aut ꝟbo vsus sit aut sola diuina ꝟtute vinũ in sanguinẽ suum cõuertit: q̄ ꝯuersio hic ꝑ bñdictõnem intelligitur Dictũ est s. Lec. xxxvj. vbi hec ꝟba vna cũ mysterio crucis: quã hic sacerdos facit suꝑ calicem latius exponunt. Seqtur: ¶ [Dedit] nõ vẽdidit/ nõ reddidit: sed gratuito dono gratis dedit: vt eius exemplo nullo fauoris aut pecunie ꝓcio: aut timore hũano dignissimũ sacramentũ canib' ⁊ indignis: aut petõrib' publicis porrigam': sꝫ gratis acceptum/ dignis gratis deꝝ. vnde subditur. [Discipulis suis] qui soli digni fuerãt: ⁊ si non omnes: nulli tñ publice indigni fuere. Occultũ eñ adhuc fuerat ceterꝭ pctm̃ Jude. Hinc Mat. vij. Nolite sctm̃ date canib': ⁊ margaritas nolite mittere añ porcos/ ne forte ꝯculcet pedib' suis ⁊ canes ꝯuersi dirumpant vos [Dicẽs: Accipite] in officiũ. s. consecrandi ⁊ dispensandi. j. Cor. iiij. Sic nos existimet hõ vt ministros Christi ⁊ dispensatores mysterioꝝ dei vł mysteriũ dei. Utrũ qꝫ eñ ponit glo. [Et bibite] ad incorꝑatõem mihi: nõ ad fastidiũ/ sꝫ celestis desiderij augmẽtum Ecc. xxiiij. Qui edũt me adhuc esuriẽt: ⁊ q̄ bibũt me adhuc sitiẽt: nõ ꝑ famis sitisqꝫ defectũ/ sꝫ ꝑ spũ inherẽdi feruẽs desideriũ: ⁊ omne tollẽs fastidiũ. [Ex eo] . s. calice vel sanguine [Omnes] sine distinctõne. Actuũ. x. In ꝟitate comperi/ qꝛ non est acceptor ꝑsonaꝝ deus. Latiorẽ expositõem cum dubijs quere supra.

# Hic est eñ calix sangui-

nis mei noui et eterni testamenti: mysterium fidei: qui pro vobis ⁊ pro multis effundetur in remissionem peccatorum.] ¶ Post modum institutionis sacramẽti sanguinis/ sequitur forma cõsecrationis: qua etiam nos Christus vti voluit in sui sanguinis sanctissimi confectõne. Et ꝓmo ponitur forma ipa necessaria sm omnes. Secũdo notatur effectus huius sacrosancti sanguinis. ¶ Forma est [Hic est calix sanguinis mei] ¶ Effectus notãtur tres. Primus: quia testatꝛ nobis hereditatẽ. Scđs: quia declarat in mysterio fidẽ. Terti': quia ꝓstat peccatoꝝ remissionẽ. De ꝓmo dicit [noui ⁊ eterni testamenti.] Noui: qꝛ in ritu ⁊ effectu nouum est. Apocalip. xxj. Dixit q̄ sedebat in throno: Ecce noua facio oĩa. Leuiti. xxvj. Nouis suꝑuenientib'/ vetera ꝓijcietis. Jerẽ. dies veniẽt ⁊ feriã domui Jsrł ⁊ domui Juda fed' nouũ. Eternũ dr: qꝛ nunq̃ reperiat alteri' testamẽti vel sacri suꝑ ordinatõnem: sicut sacris veteris legis suꝑ ordinatũ est aliud testamẽtũ ⁊ alia sacramẽta vnde Hiere. xxxj. Sanctũ dñi nõ euellet: ⁊ nõ destruet in ꝑpetuũ. Et Esa. lv. Feriam vobiscuꝫ pactũ sempiternũ. Et ad Hebre. x. Una oblatiõe cõsummauit in eternũ sanctificatos. Et ideo dr testamentum: quia in sanguine confirmauit oẽs testatas ꝓmissiones. Hinc ad Hebre. ix. Ubi testamentum est/ mors necesse est intercedat testatoris. Testamentũ enim in mortuis confirmatũ est. Alioquin nondum valet dum viuit qui testatus est. Et Zacha ix. Tu in sanguine testamenti tui emisisti vinctos tuos de lacu/ in quo nõ erat aq̃.

Mysterium dr a mystin grece quod est secretum. Miste- riũ vnde
Secretum enim fuit qualiter morte vitam eternam/ ⁊ sanguine perficeret sanctitateꝫ. vnde Esa. xxiiij. Secretum meum mihi. Secretum meuꝫ mihi. Et Job. xxviij. Profunda fluuiorum scrutatus est: ⁊ abscondita perduxit in lucem. Fluuij sunt flumina vulnerum/ quorum est profunda sapientia qualiter sanguine christi redẽptus ẽ mundus. Et in hoc ꝓfundo omnia mysteria fidei sunt reuelata. Nam deus pacis eduxit de morte pastorẽ magnũ in sanguine testamẽti eterni. [Qui] scꝫ sanguis [pro vobis] discipulis meis. Nam ⁊ episcopus ⁊ sacerdos indiget sanguine redemptionis: quoniam ⁊ de pontifice dr apł's ad Heb. v. Et ipe circũdatus est infirmitate: ꝓpterea debet quẽadmodũ pro populo. Jta etiã ꝑ semetipo offerre pro peccatis [Et pro multis] scilicet predestinatis efficaciter: ⁊ pro omnibus autẽ sufficiẽter. [effundetur in remissionem peccatorum.] tanq̃ nostre redeptõnis precium. Hinc. j. Pet. j. Non corruptibilibus auro vel argento redempti estis a vana vestra conuersatõe paterne traditionis/ sꝫ precioso sanguine tanq̃ agni immaculati Christi Ad Hebr. ix. Sine sanguinis effusione non fit remissio. ideo dixerit nos: ⁊ lauit nos a peccatis nostris in sanguine suo. Apocal'. j. ¶ M Est autem hec forma: Hic est enim calix ⁊c. certa forma/ forma congrua/ forma sufficiens ⁊ perfecta. Certa: quia a Christo instituta/ ab apostolis promulgata/ ⁊ per sanctos patres in nos deriuata. Accepit enim hanc formam romana ecclesia a sũmo apostolorum principe Petro: qui fuit vltime cene/ in qua hoc sacramentum institutum est/ conuiua. Unde Innocen. de officio misse. Romana ecclesia super apostolice fidei petram stabili soliditate fundata: id integra fide seruauit/ quod ab apostolis accepit: qui eaꝫ principaliter sacris instituere doctrinis: ⁊ ecclesiastici ritus regulam docuerunt. Ab ipis ergo apostolis Petro ⁊ Paulo/ quos ⁊ viuos habuit ⁊ defunctos ritum circa huius sacrificij oblatõnem accepit: quem hactenus inuiolabili cultu seruauit. Jdem in ca. Cuꝫ marthe. de celebra. missarũ. Credimus q̄ formã verboꝝ/ sicut in canone reperitur/ apostoli a Christo ⁊ ab ipsis eorum receperunt successores.

¶ N Nec obstat q̄ hec forma verborum in nullo euangelista/ vt hic describitur/ posita reperitur: quia vt ibidem dicit Innocentius: Multa tam de verbis q̃ de factis dominicis inuenimus ab euangelistis omissa/ que apostoli vel supleuisse verbo vel facto expressisse leguntur. Hic dicit Alexander de ales parte. iiij. quostione. xxxiiij. Magis videtur q̄ prefata forma verborum quã seruat ecclesia: fuit forma tradita a domino.

ꝙ alis posita in euãgelijs :que post scripta erant :
z variata ꝼm diuersitatẽ traditionum z trãslatio
nũ. Nec ipsi euãgeliste in forma verboꝝ ꝯueniũt
Vñ Matth. hanc ponit formã: Hic est eñ san-
guis meus noui testamẽti: q̃ pro multis effunde
tur in remissionẽ peccatoꝝ. Marcus illam: Hic
est sanguis meus noui testamẽti :qui pro multis
effundeꝛ. Lucas: Hic est calix nouũ testamentuꝫ
in meo sanguine: qui pro vobis fundeꝛ. Et Pau
lus. j. Cor. ij. Hic est calix nouuꝫ testamentũ in
meo sanguine. In sensu tamẽ satis côueniũt :quẽ
omnes narrare volebãt apostoli :ergo q̃ ecclesiam
instituerũt/ ꝼm ꝙ a dño acceperũt/formã tradide
runt. Euãgeliste vo facta et opera christi narra-
uerũt. Plus ꝙ historiographi/attẽdentes ad fa
cta in se/ z ad veritatẽ intellectus/ꝙ ad verba. Jõ
frequẽter idẽ factũ/eandẽq veritatẽ :nõ eisdẽ ver
bis: sensu tamẽ nõ dissonis scriptitarũt Unde nõ
fuit necesse ait Alexander: vt tanta diligentia ap
poneretur in euãgelijs de forma pscripta a dño scri
benda :in q̃bus referunꝛ opera dñi vt opa erant:
sicut vbi tradita est forma a dño pscripta :non vt
indiceꝛ opus christi; sed vt illa mediãte fiat quod
christus fecit: id est cõuertaꝛ panis z vinũ in cor-
pus z sanguinẽ christi. Ibi eñ debuit illa forma
pcise obseruari: cui dñs dedit virtutẽ cõuertẽdi.
Hec Alexãder. O ¶ Et pter hoc multi do
ctores dubitant: Utrũ sacerdos vtens forma ali
qua/ab euãgelistis tradita/vere cõficeret sangui
nẽ :quia dubiũ est :vtrũ ipi euangeliste intẽdebãt
formã cõsecrãdi tradere: aut christi dumtaxat fa-
cta narrare. Multi tamẽ cõcedũt sacerdotẽ tali
forma vtentẽ/vere christi cõficere sanguinem. In
cuius argumentũ assumũt :quia ecclesia non ne
gat grecos ꝯficere :q̃ tamen nõ vtunꝛ forma qua
nos vtimur. Sed illa vt refert Richar. Hic est
sanguis meus noui testamẽti/q̃ pro vobis z mul
tis effundeꝛ. Et hoc cõiter teneꝛ. Nec tamen ex h
sequiꝛ ꝙ forma nr̃a nõ sit certa: quia in sentẽtia sa
tis cõcordat cũ priori: z prior cũ ista. Et ita opor
tet dicere/ ꝙ modica variatio forme q̃ntũ ad cer-
tas dictiões: dũ tamẽ pncipalis sensus nõ muteꝛ
nõ reddit formã inefficacẽ: De quo supra cum de
forma panis agebaꝛ: lectiõe. xxxviij. latius dispu
tatũ est. ¶ Usus pterea rhomane ecclesie formã
in canone positã/certissimã facit: etiam si in scptu
ra non reperireꝛ, pter magnã consuetudinis hui9
ecclesie auctoritatẽ: de quo beatus Aug9. in libel
lo de cura p mortuis agenda: ita scribit: Si nul
la esset auctoritas sacre scpture/que doceret ora-
re pro defunctis: tanta est auctoritas ecclesie rho
mane z ꝯsuetudinis eius obseruare/vt nemo illã
insequens poterit errare. Item in epistola quadã
ad btm̃ Hieronymũ: Contra ecclesie fundantissi
mum morẽ nemo sentiat. Hec de eius certitudi
ne. ¶ Hinc cum forma expssa in canone ab oibꝰ
obseruetur in ecclesia romana: nemo ambigere de-
bet de eius certitudine/aut quouis modo de ei9
efficacia hesitare. ¶ P Est etiã forma illa cõ

grua: quia in hoc sacramento significaꝛ sanguis
Christi/vt effusus in pcium nostre redemptionis
z vt ministratus in potũ nostre refectionis. San
guis aũt de se neutꝝ horum dt exp̃sse/sed p cõ-
iunctiõem ipsius cum calice: vt effusus z vt potã
dus offertur ac proponitur. Calix nanq ꝼm pdi
cta transsumiꝛ ad signandũ tam passionẽ ꝙ potũ.
Et propter hoc ꝯgruentius dr: Hic est calix san-
guinis mei: ꝙ/Hic est sanguis meus :quia expsf-
sius significaꝛ z passio z refectio. Perfecta quoq
est z sufficiẽs :quia forme sacramentales vt com-
muniter hoc significant quod efficiunt. Hec aũt
significat sanguinẽ Christi cõtineri in calice: qđ z
efficitur. ¶ Q Per hoc iam ad expositioem
illoꝝ verboꝝ: Hic est calix sanguinis mei/pus di
missam redeamus. Primus terminus est pno-
men hic: quod demonstrat partim ad sensum: p-
tim ad intellectũ sanguinẽ Christi: in quem speci-
es vini finitis verbis consecratõis conuertuntur
Demonstrat autem sanguinẽ in rõne potus. Un-
de valet: Hic scꝫ sanguis meus in potum tradi-
tus/est calix zc̃. Et cõsequẽter queciq s. lectõne
xlviij. de pnomine hoc/dicta sunt/ ꝓposito seruiũt:
z simil'r dicendum de pronomine hic. Hec est sen
tentia Alexandri vbi supra :cui satis concordant
sanctus Tho. z sanctus Bonauentura. Sequiꝛ
calix. Calix vt dictũ est, ꝓprie ſcat vas potum con
tinens: tamen transsumiꝛ vel pro potu vel p pas
sione. Hic non capitur proprie/sed transsumpti-
ue pro potu. Unde sensus est: Hic scꝫ qui erit in
fine consecrationis/est potus sanguinis mei/ꝼm
doctores supradictos. Et addiꝛ/sanguinis mei/
specificat calicem pro potu acceptuꝫ. Ut sit sen-
sus: Hic est calix: id est potus sanguinis mei. h
naturalis z veri: ꝼm illud Joã. vj. Sanguis me
us vere est potus. Et btũs Hierony. super psal-
mũ. lxxv. loquens iudeis / ait: Sanguinẽ quem
per insaniam fuderũt/p gratiam biberũt. Et san-
ctus Bonauẽ. lꝫ ponaꝛ in obliquo/intelligiꝛ tñ
intransitiue in recto: vt poculum vini: creatura
salis: id est poculũ quod est vinum/z creatura q̃
est sal: vt sit constructio intransitiua. Hec Bona-
uentura. ¶ Quare autem dr calix z non simplici
ter sanguis meus: Ratio statim supra ꝼm Alexã
drum dicta est. Nec impedit ꝙ in consecratione
non dicitur/Hoc est cibus panis :quia panis de
se est cibus. Nec habet aliud officium/ꝙ cibare.
Non sic sanguis Christi/qui non est potus nisi q̃
tinus propinatur in calice passionis. ¶ R
Sed hic statim oritur dubium non negligen-
dum. Si enim forma illa quatinus est forma ef-
ficax consecrationis habet sensum illum meta-
phoricum/posset sacerdos consecrans hoc igno
rare: z intentionem suam ad sensum orationis
proprium reflectere: et ita non consecraret: quia
deficeret debita intentio/que semper conformis
esse debet sensui verborum ꝼm quem instituta
sunt vt sunt efficacia forme. Magis ergo con
gruebat formam instituere/ non habentem sic

ambiguos sensus: qui etiã sunt occasio distractionis: cũ nõ possit cõcipi sensus metaphoricus: nisi prius cõcipiatur sensus proprius: & ex eius similitudine fiat translatio ad sensum metaphoricũ verũ. Q̃ia aũt que vel distractionẽ vel errorẽ occasionare possunt: debẽt a tãto sacramẽto remoueri: vbi nullum errorẽ/ sed summã deuotionẽ & recollectionẽ esse congruit in ministrante. scdm illud. Esa. lvij. Afferte offendicula de via populi mei. ℭ Ad illud respõdet Alex. vbi supra. Ex q̃cumq̃ sacerdos consecrãs haberet simplicẽ & proprium intellectũ verbo*: & per hoc ex negligentia sacerdotis posset frustrari effectus sacramenti: tñ propter negligentiã illã que cõtingere posset: nõ debuit dñs qd congruebat omittere. Sed minister qui intendit consecrare: debet diligentius quo põt se recolligere & redire ad se: & etiã debet intelligere qd ad officiũ suũ pertinet: sine quo non potest rite in officio ministrare: & q nihil omittat de contingentibus. Vñ dicũt q nigligentia talis in hac operatiõe est peccatũ mortale. ℭ S Sed illa sententia videtur nimis dura. Et si vera esset/frequenter tolleret effectũ consecrationis: tum ex mentis distractiõe q̃ non est in potestate celebrantis: imo frequenter dũ magis recollectus & ad singula intentus esse cupit/magis distrahitur. Tum: q̃a maior sacerdotũ numerus hoc ignorat: q̃ etiã ab ecclesia ad hec sciẽda nõ diligenter instruũtur. Unde recurrendũ ẽ ad supradicta lectiõe sexta. Ubi scdm probabiliorẽ opinionẽ sufficit q sacerdos intendat hoc qd ecclesia intẽdit per hec verba efficere ad que christus ea istituit. Etiã si verba ista penitus nõ intelligat: quã intentionẽ habere põt sacerdos/hereticus & infidelis: etiã in hoc articulo sacramenti. Non enim pendet verbo* virtus ex intẽtione sacerdotis: sed ex institutiõe christi. Et ideo quãdo est intẽtio illa quã Christus habuit: instituẽdo. i. intendendo q ad prolationẽ verbo* fiat conuersio quã chrs fieri voluit: per hec verba sufficit: sufficit dico/ad effectũ sacramẽti: q̃uis nõ semper sufficiat ex parte dispositionis ministri: qui ex sua negligẽtia ignarus fuerit aut distractus / a peccato minime excusatur.

Lectio .LIII. A

Circa formam consecratiõis sanguinis occurrũt aliqua dubia. ℭ Primũ: Utrũ ad perfectionẽ huius forme pertineant oia verba illa ab eo loco. Simili modo vsq ad illum. Vñ & memores. ℭ Ad illud cõiter rñdetur scdm oẽs doc. q verba pcedẽtia istam clausulã nõ sunt de essentia forme: q2 illa sunt verba prolata in persona sacerdotis referẽtis / qd factuz est. Cõsecratio aũt fit in verbis in persona chri prolatis. scdm beatũ Amb. Illa vero verba: accipite & bibite ex eo oẽs q̃ proferuntur vt prolata a christo: nõ sunt essentialia forme consecratiõis sanguinis. Sicut nec illa. Accipite & comedite ex hoc oẽs: requirũtur ad consecrationẽ corporis christi sub speciebus panis quia magis respiciũt vsum sacramẽti q̃ eius perfectionẽ: imo eius perfectionem. i. trãssubstantiationẽ presupponũt. Sensus enim est: Accipite & bibite ex eo post cõuersionẽ vini in sanguinẽ. de quo supra. lec. xxxviij. Simil'r & hec verba (Hec q̃tienscũq fecerits in mei memoriã facietis) non sunt de essentia forme: q2 nõ plus respiciũt cõsecrationez & sumptionẽ sanguinis q̃ corporis: q̃a vtrũq corporis & sanguinis cõsecrationẽ & sumptionẽ eque precepit Xps fieri in memoriã. Si ergo pertinerẽt ad cõsecrationẽ sanguinis: pari rõe ad cõsecrationẽ corporis: & ita sub hostia panis nõ esset verum corpus xpi añ prolationẽ ho* verbo*. Et ita cum prius per sacerdotis eleuationẽ ostenditur populo: populus adorãs/adoraret idolũ/qd est absurdissimũ ℭ Preterea per illa verba (vt cõiter conceditur: & ponit btũs Hiero. de illustribus viris) Christus contulit aplis cõsecrandi ptãtem: eosq ordinauit sacerdotes. Collatio aũt ptãtis nõ fit per verba ad cõsecrationẽ pertinentia: q2 verba cõsecrationis respiciunt materiã q̃ cõsecratur: vel terminũ ad quẽ cõsecratio terminatur. Verba aũt per que confertur ptãs cõsecrandi/respiciũt eũ cui cõfertur: & ptãtem ipsam q̃ confertur. Ideo cõiter cõcessum est verba illa ad cõsecrationẽ nõ pertinere. ℭ B De illis vero verbis noui & eterni testamẽti q̃ pro vobis & pro multis effundetur in remissionẽ peccato*/est magis dubium. quia de his varie sentiũt doc. Sanctus Tho. par. iij. q. lxxviij. ar. iij. dicit q ille clausule noui et eterni testamenti & sequentes sunt de suba forme vsq ad illã. Hec quotienscũq feceritis q̃ pertinent ad vsum huius sacri: q2 ille clausule pertinent ad integritatem huius orõnis. Hic est calix sanguinis mei: q2 sunt determinatiões pdicati / scz sanguis mei. Et idẽ est qd dicit / q sacerdos eodem ritu & mõ/scz tenendo calicẽ in manibus: oia hec verba profert Lu. etiã. xxij. interponuntur hec verba inter prima cũ dr. Hic calix nouũ testamẽtũ est in sanguine meo: q2 ergo pertinẽt ad eandẽ orõnẽ/ptinẽt & ad eãdẽ forma. Simil'r & hec clausula. Qui pro vob & pro multis effundetur: videtur ad eandẽ oronem pertineret propter relatiuũ q: qd implicat suũ añs qd est sanguinis mei. ℭ Alex. de ales par. 4. q. 33. dicit q illa verba dũtaxat: Hic est calix sanguinis mei sunt de suba forme. cuius ratio est: q2 illa sunt tñmodo de forma quibus fit transsubstantiatio vini in sanguinẽ christi. Sed per illa verba q̃ sequũtur/nõ fit transsubstantiatio: q2 nõ transeunt super materiam transsubstantiandam: sed sunt proprie declaratiua quarundam conditionũ quibus excellentia huius sacramenti manifestatur. Hec autem verba. Hic est calix sanguinis mei: expressiua sũt totius effectus cõtenti in hoc sacrõ: sicut & verba consecrationis corporis sunt hec. Hoc est corpus meum: que significant corpus sub speciebus panis contineri. vnde sicut illa. Accipite & bibite: q̃ pertinent ad vsum sacramẽti: nõ sunt de essentia forme. Ita neq (imo a minore) illa: Noui & eter

ni testamenti qui pro vobis effundetur. Nec ob-
stat q̄ ille clausule in se nō sunt oratiōes perfecte:
quia sufficit q̄ forma illa cōsecratiua in se sit perfe
cta sine illis clausulis adiunctis. Hec em̄ est pfe-
cta oīo. Hic est calix sanguis mei: neq̄ obstat euā
gelium Luce: qđ allegat̄ in quo verba aliqua ex
sequentibꝰ interponunt̄. Quia vt dictum est in ip
sis euangelijs: nō tradit̄: forma vt a dn̄o est tradi
ta ad cōsecrandū instituta: sed vt a dn̄o dicta ꝛ ge
sta: q̄ nō necessario eo ordine ꝛ eisdē verbis: sed eq
ualentibus exprimuntur. Ritus etiā nihil argu
it: q̄ꝛ verba illa breuia sunt ꝛ prioribus connexa ꝛ
ꝓ quibus solis nō oportuit aliū instituere ritum
¶ Huic opi. consonat dn̄s Alber. consonat ꝛ san
ctus Bonauen. dicens: q̄ hec est forma cōgrua/
tota/ꝛ pfecta. Sufficiens em̄ est ad significandū
transsubstantiationē vini in sanguinē christi. Vn̄
in his que sequunt̄: describit̄ effectus sanguinis i
hoc sacramēto significati ꝛ cōtenti in cruce effusi.
¶ L Scotus dicit in. 4. dist. 8. q. 2. q̄ non est
nobis traditū oīno certitudinaliter: an ad formā
cōsecrationis sanguinis pertineant aliqua verba
q̄ sequunt̄ post illud: sanguinis mei. Ideoq̄ peri
culosum est illud asserere: de quo sufficiēs auctori
tas ꝛ ratio nō habet̄. Nō est em̄ periculosū hoc ig-
norare: q̄ꝛ est ignorātia inuincibilis: q̄ꝛ nō potest
hō ex quacūq̄ diligentia istud scire qđ querit̄: ni-
si speciali reuelatiōe illustret̄: qđ quia factū nō le-
gitur: certitudo i p̄missō negocio nō habet̄. ¶ Ex
illo dicit: p3 improbatio cuiusdā dicti indiscreti
q̄ necesse est in quolibet sacro scire precise que ver
ba sint de forma ad hoc: vt sacramentum illud ri-
te perficiatur. Illud em̄ manifeste falsum est: non
solū in ꝓposito: sed etiā in sacro penitentie ꝛ ordi-
nis. Non em̄ dicit. Est oīmoda certitudo que sit
forma precisa ordinationis in sacerdotem: ꝑter
multitudinē sermonū quos ꝓfert episcopus i col
latione prefati ordinis: ꝛ tn̄ nō est dicendū q̄ nul
lus est in ecclesia vere in sacerdotē ordinatꝰ. Si-
militer diuersi diuersis vtunt̄ formis in sacro pe-
nitentie: nec est certū de aliquibꝰ verbis precisis
que sint forma: nō in dicendis q̄ nullus absolua
tur in ecclesia. Sic de sacro matrimonij addit idē
cōsiliū/dicens. Sacerdos intēdens facere qđ facit
ecclesia: legens distincte verba canonis a p̄ncipio
vsq̄ in finē vere conficit. Nec est tutū alicui q̄ se re
putat valde peritū de sciētia sua/dicere: volo vti
precise istis verbis pro cōsecratione sanguinis: ꝗ̄
securior est simplicitas qua aptidse dicat. Volo ꝓ
ferre v̄ba ista: ea intentione qua christus instituit
ea ꝓferenda: vt que ex Christi intentione sunt de
forma: dico vt de forma: ꝛ que ad reuerentiā: pro
fero ad reuerentiā. Hic absq̄ dubio rite ꝛ legitti-
me ꝓcedit ꝛ vere consecrat hec de forme integrita
te. ¶ D Posset moueri dubiū de v̄itate forme.
Sed de hoc dicēdum erit sicut supra dictū est de
veritate forme consecrationis forme panis. Lect.
48. ¶ Sed specialiter dubiū facit verbum effun
detur: qđ est futuri t̄pis: rōne cuius videt̄ forma

ista cū nunc a sacerdote ꝓfert̄ nō esse vera. Lz qđ
a Christo in cena ꝓferebat̄ fuit vera: q̄ꝛ in nullo fu
turo t̄pe post presens instās sanguis Christi effun
detur: sicut nec morietur: cui mors vltra nō domi-
nabitur. Ro. vj. Ad hoc faciliter respondēt q̄ di-
cunt verba illa sequētia p̄ticipiū/dicens: vsq̄ ad
illa. Vn̄ ꝛ memores: accipi materialiter/. ꝛ non si-
gnificatiue: sic em̄ cessat ratio dubij: cū effundet̄
sic acceptū/nō importet tēpus: q̄ꝛ nō est verbū: ꝗ̄
nomē: sic oīs dictio materialiter accepta. ¶ Se-
cundū alios q̄ dicūt oīa verba: hic est calix cū se-
quentibꝰ accipi sicatiue: videt̄ dici posse q̄ effunde
tur: refert̄ ad tēpus qđ in hora institutiōis fuit fu
turum: ꝛ nō ad tēpus qđ nūc in hora cōsecratiōis
est futurū. Ita q̄ tn̄ valeat q̄ effundet̄. i. effundē-
dum erat: nūc vero effusum est. Et sic vera est ora
tio: ꝛ hec significatio satis colligit̄ ex circūstanti-
bus cōstructibilibꝰ: ex quibꝰ satis significat̄/q̄ il-
la verba ꝓferunt̄ a sacerdote tanq̄ ꝓlata a Chri-
sto. Et ideo ad idē tēpus referēda sunt: ad qđ chri
stus ꝓferens/retulit. ¶ Et si dicit̄: ergo verbū ē
etiā ad idē tēpus referendū est: q̄ꝛ tota illa oratio
sequens participiū dicens: dr̄ vt ꝓlata a christo et
in ꝑsona christi: sc3 accipite ꝛ bibite ex eo oēs. Hic
est calix. ꝛc. Et ita est importat tēpus prolationis
christi: ꝛ sic oīo simpliciter erit falsa: quia prono-
men hic/demōstrat sanguinē christi: nō simplici-
ter/sed contentū sub illis speciebꝰ vini: sicut dictū
fuit de ꝓnomine hoc/in cōsecratione panis. Cū er
go ille species vini quas demōstrat hic ꝓ suo cōno
tato: ꝓ t̄pe importato per est: sc3 ꝓ t̄pe prolatiōis
christi nō fuerūt ꝓnomen hic/respectu copule est/
tale tēpus importās nō supponeret. Oꝫ em̄ cō-
notatum ꝛ substratū simul correspondere termi
no cōnotatiuo/respectu copule ad hoc vt suppo-
nat. Alioquin deficiente cōnotato/deficit ꝛ super
positio. ¶ Ad hoc videt̄ dicendū/saluo meliori iu
dicio: q̄ nō est simile de verbo est/ꝛ de v̄bo effunde
tur. Nā est in forma cōsecratiōis importat tēpus
ꝓlationis sacerdotis ꝓferentis vel maius: illud
tn̄ includens/vt supra dictū est: de forma cōsecra-
tionis panis: quia illa verba/hic est calix sangui-
nis mei: nō tn̄ ꝓferuntur vt ꝓlata a christo: sed vt
instituta ab eo: vt forma efficax cōsecrationis san
guinis ꝓ t̄pe: ꝓ quo ꝓferunt̄ a sacerdote celebrāte
legittime: rōne cuius verbū est/importat tēpus
celebratiōis ꝓ quo est efficax forma. ¶ Et s̄m hoc
oportet dicere: q̄ illa clausula/qui effundetur. ꝛc.
nō est de essentia forme. Ex etiā rōnabiliter videt̄
dici posse plus q̄ de illa: noui ꝛ eterni testa: quia
illa oīo/q̄ ꝓ vobis. ꝛc. est ꝑ se ꝑfecta oīo ꝛ catego-
rica ꝓpositio: copulatiue p̄ori cōiuncta. Qui enim
valet tm̄. i. ꝛ ille sanguis. Et ideo pōt verbū eius
effundet̄: importare aliud t̄ps q̄ hoc verbū est: in
alia cathegorica p̄cedēte cui copulat̄. Cui nō pla
cet hec solutio aliā querat: q̄ꝛ timidus quicq̄ asse
rere qđ nō inuenio a docto. prioribus exaratum:
semper in his magis cupiens doceri q̄ docere.
¶ E Tertiū dubiū. Vtrū ille due forme cōsecra

tionis corpis z sanguinis mutue se expectent/q̄
tum ad coꝝ efficaciā:aut vna sine alia effectū ꝓ-
priū sortiat̃. Dicūdaz antiqui doctores dixerūt/
ꝙ ille due forme se expectēt in agēdo/ita ꝙ prima
nō ꝑficit suum effectum nisi secūda ꝓferat̃:neq̃ ꝑ
us ꝯuertat̃ panis in corpus christi/q̄ vinū ꝯuer
tat̃ in sanguinē:qḋ fit finita ꝓlatiōe secūde forme
Motiuū eoꝝ est:quia si per verba consecratōis
panis/panis ꝯuerteret̃ in corpus Christi an̄ con
secratōnem vini:sequit̃ ꝙ in hoc sacramento cor
pus essz sine sanguine/z ita nō viuū:cū vita sit in
sanguine. Et p̄terea sacramētū corpis z sanguis
sunt vnum sacramētū. Nihil aūt est vnū/nisi po
sitis his que ad vnitatē requirunt̃:q̄re ꝑ formaz
ꝯsecratōis panis non ꝯstituit̃ sacramētū nisi assit
z forma ꝯsecratōis sanguinis. Sz his non obstā
tibus dicēdum est plene/ꝙ verba ꝯsecratōnis pa
nis effectū suuz hn̄t p̄us q̄ ꝓferant̃ verba ꝯsecra
tōnis vini:ita ꝙ ꝓlatis verbis ꝯsecratiōis panis
vere est corpus christi sub spēbus panis:etiamsi
verba ꝯsecratōis vini omnino postea nō ꝓferant̃.
Alias quō veꝝ dixissz Christus:hoc est corp⁹ me
um an̄ vini ꝯsecratōem. Sic em̄ dixisse debuisset
hoc erit corpus meū.s.post ꝯsecratiōem vini. Est
etiā hec positio ꝯtra ritū eccl'e:fm quē sacerdos
corp⁹ Christi sub spēbus panis ostēdit ꝑplo ado-
randū/an̄ q̄ ꝯsecret sanguinē:ꝙ si tunc non esset
verum corp⁹ christi/daret̃ simplicibꝫ idolatrādi
occasio ab eccl'a. qḋ nephas est de ea (que errare
nō p̄t) cogitare. Un̄ dicēduz ꝙ ꝓlata rite hac for-
ma verboꝝ: Hoc est corpus meū:ꝟe incipit esse
corpus Christi sub specie panis. Ip̄a panis sub-
stātia in corpus trāseūte. Siqdem nulluz est hic
impedimentū/nullū deest reqsitū. Nec tn̄ seqt̃ in
ꝯueniēs ꝑ alios inductū:qz fm supra declarata
ad ꝓlatōem verboꝝ sacramentaliū non solum in
cipit esse corpus Christi sub panis sacramento:
sed tot⁹ Christ⁹:q̄uis in solū corpus fit ꝯuersio.
Quo vo obijciūt de vnitate sacri/soluet̃ infra in du
bio speciali. Veꝝ ꝙ sacerdos non debet ꝯsecrare
corpus Christi:nisi etiā in eodē officio ꝯficit san-
guinem sub spēbus vini:quia diuisio illius my-
sterij sine grandi sacrilegio fieri nō potest:vt in ca.
ꝯprimus. de ꝯse. dist. ij. Et hoc veꝝ fm dn̄m Al-
bertū regularit̃:qz in casu forte oppositū fieri pos
set:vt in terris vbi vinū nō crescit nec possz addu-
ci. de quo dixit Albtus. Ad hoc aūt ꝙ queritur
de terris in quibꝫ vinū nullo mō haberi p̄t:dicē/
dum videt̃/ꝙ de hoc ꝯsultatio haberi debet apō
sedem ap̄licam qd sit agendum:tum ꝑpter intol
lerabile damnū animaꝝ qḋ incurrit̃ ex sacramen
ti defectu. Videt̃ mihi ait cum talibꝫ esse dispen
sandū:vt corpus Christi haberēt sine calice:z sic
sacerdotes ꝯficerent sacramentū. ❡ F Dubi-
tat̃ quarto in quo p̄cise ꝯsistit effectus huius for
me. Respondet̃ breuiter correspondent' ad p̄di-
cta/ꝙ in duobꝫ. Primū est/ꝙ ad ip̄ius legitimaz
ꝓlatōem vini substantia desinit esse fm se totā ac-
cidētibꝫ seruatis:z ꝯuertit̃ ac transsubstātiatur in

veꝝ z naturalē sanguinē Christi. Et de illo dicen
dum est ꝑ omnia/vt supra dictū est de ꝯuersione
panis in corpus Christi/lectōe. xl. Secūdum/ꝙ
ad hmōi legitimā forme ꝓlatōem p̄sens fit speci
ebus vini naturalis Christi sanguis. Et hui⁹ ve-
ritas patet ex verbis christi dicentis: Hic est calix
sanguinis mei qui pro vobis effundet̃. Item ex ꝟ-
bis Apostoli. j. Coꝝ. x. Calix cui benedicim⁹ non
ne ꝯmunicatio sanguinis Christi est. Ad idem est
etiam ecclesie determinatio/z sanctoꝝ patrum di
cta ī. lectōe. xxix recitata. Presens autem fit san
guis Christi q̄ est in corpe christi in celo existente:
Un̄ si est aliqd de sanguine christi derelictū in ter
ra post gl'osam Christi ascensionē/in hūc substan
tia vini nō ꝯuertit̃:neq̃ talis p̄ns fit sacr'o. Cui⁹
rō cōiter assignat̃:qz sic sacr̄m corpis z sanguinis
Christi est institutū/ꝙ ꝟtute ꝯsecratiōis tota sub
stātia panis z vini ꝯuertit̃ in totā subam corpis et
sanguinis christi:z in p̄tes actualr̃ toti ꝯiunctas
Si aūt esset aliqd de sanguine christi in terris re
lictū:ille esset a toto sanguine christi separatus:q̄
inter corp⁹ christi ꝯtinet̃:z ꝑ ꝯñs in illum non fi
eret ꝯuersio:nec talis p̄ns fit sacramento. Simi
liter dr̄ de carne preputij christi:si est alicubi reser
uata in terris z non reassumpta in resurrectiōe:q̄
(vt dr̄ Innocenē. de officio misse) credit̃ a multis
in lateranensi basilica reseruari. Licet a qbusdaz
dr̄ delata Carolo magno ab angelo/q̄ trāstulit ip
sum Aquisgrani. Postea apud carrosum/apō ec
clesiam saluatoris:cuius ꝟitas dt tutius deo cō
mittit̃ q̄ aliqd de ip̄a temere definiat̃. Tamen si
ex suppositōe sit in terris:panis in ip̄am non con-
uertit̃:quia non est actu ꝑs corpis christi. Et ita
similiter videt̃ dicēdū de sanguine si in terris re-
perit̃. Nec obstat si qs in triduo ꝯsecrasset/ꝙ vi-
nū fuisset ꝯuersum in sanguinē a corpe christi se-
paratū. Non ideo si hodie sit aliqd ei⁹ separatū in ip
sum vinū ꝯuertit̃. Nō em̄ simile est hic z ibi. Naz
in triduo mortis sanguis christi fuit effusus z se-
paratus a corpe fm se totū z p̄tes. Et ideo si tūc
qs celebrasset/vinū fuisset ꝯuersum in sanguinez
separatū. Mō aūt z si aliq̄ reliquie in eccl'a repe-
riant̃:tn̄ maxima ꝑs sanguinis christi in resurre-
ctione fuit reassumpta z corpi reunita:z ita nunc
habet rōnem toti⁹ sanguinis christi. ❡ Quocirca
in sacramento eucharistie/substantia vini ꝯuertit̃
in sanguinem christi reassumptū/q̄ habet rōnem
totius:z non in sanguinē qui non est ꝑs illi⁹ toti
us. ❡ G Et q̄uis in solum sanguinem chri-
sti suba vini ꝯuertat̃:nō tn̄ solus sanguis ibi in-
cipit esse sub spēbꝫ vini/ad ꝓlatōez verboꝝ forme
Sed z corp⁹ christi z anima excellētissimaq̃ di-
uinitas:z breuiter totus christus/ꝑfectus deus
ꝑfectus hō fm eandē naturā/partes z ꝓprietates
naturaꝝ:sicut z vere z realiter continet̃ sub speci
ebus panis:vt simplr̃ nō sit differentia inter con
tentum sub spēbꝫ panis:z contentum sub spēbꝫ
vini. Sed idem precise vtrobiq̃ ꝯtinet̃:eodem
mō ꝯtinentie/q̄tum ad diffinitōez localē:vt vero

tudinē ꝓuocoꝛ suggestio diabolica ē cui nō aliter quā ipsi diabolo resistendū est. Caro mea de luto est: ideo lutosas ꝛ volupruosas cogitatiōes ex illo habeo: vanas ꝛ curiosas de mundo amaras et maliciosas a diabolo. Isti tres inimici me impugnāt ꝛ ꝑsequunt: nūc occulte: nūc apte: semꝑ aūt maliciose. Considerātes igit ꝙ nō est pax in vita ista ꝗ plena est tētationibꝫ: ꝛ adeo plena vt nō immerito tentatio debeat appellari: videntesq3 defectū nostrū ꝛ viriū nraꝝ prauitatē: confugere nos docuit xp̄s ad patrē celestē: ꝛ petere: ne nos inducas in tētationē. ¶ B Et qm̄ sicut in ceteris ꝗ oramus nō sufficiat ad impetrādū qḋ petim⁹ solū verba fundere. Sed etiā ad obtinendū petita ꝑ viribus laborare. Ita ꝛ i hac sexta petitiōe cū dicim⁹ Et ne nos inducas in tētationē: etiā deo a quo petimus ꝑseruari collaborandū est sagaciter ꝛ industriose: ne decepti tētationibꝫ ꝑuertamur. Vñ necessariū est nobis tentationū modos ac tentantiū fraudes non ignorare. Pro quoꝝ aliq̄li aptione quattuoꝛ vidēda sunt. Primo qḋ noie tētationis accipit: ac de ei⁹ descriptiōe. Scḋo de tentationū generalibꝫ modis ꝛ eius diuisione. Tertio de spēcialibꝫ diaboli astutijs ꝛ tētationū fraude. Quarto de remedioꝝ inquisitiōe. Per que redeūtes ad textū: hui⁹ petitionis intellect⁹ clari⁹ aperiet. Additis quibusdā dubijs ꝓ fundamētalioꝛe dicēdoꝝ cognitione. ¶ Quantū ad primū aduertendū ꝙ tētare vt dicūt doc. circa dist. xxj. li. ij. Sententiarū nihil aliud est ꝗ̄ ꝓbare aliq̄d seu experimentū sumere vt aliq̄d de aliquo sciat. Vñ tētare fm Tho. pte. j. q. cxiiij. ar. ij. attribuit deo/ homini ꝛ diabolo ꝓprie. Attribuit etiā (ꝫ min⁹ ꝓprie) carni ꝛ mūdo. vñ Glo. Cassi. sup illud ps̄. xxv. Proba me dñe ꝛ tenta me. dicit/ Tentat deus vt erudiat: homo vt sciat: diabol⁹ vt seducat. Et de tentatione carnis ꝛ mūdi dr̄ Jaco. j. Unusquisq3 tentat a sua ꝯcupiscētia: abstractus ꝛ illectus. Con cupiscētia vtiq3 carnis vel oculoꝝ ꝗ simul ad car
I.Joã.2. nē ꝛ mūdū ꝑtinent. dicēte Joāne: Omne qḋ est in mūdo est ꝯcupiscētia carnis: vel ꝯcupiscētia oculoꝝ: vel supbia vite. Et sequit. Mundus transit ꝛ ꝯcupiscentia eius. Vñ sub hac generalitate pōt sic describi. Tentare est experimētalē noticiā alicui⁹ in se vel in alio causare: ꝑncipalr̄ vel occasionaliter. ¶ Dicit experimētalē noticiā: qꝛ fm Alex. de ales. par. ij. q. cxvij. Et scḋm Tho. parte. j. q. cxiiij. Tētare est experiri. Vñ noticia que ꝑ rōnē adquirit nō adquirit tentatione. ¶ Dicit alicui⁹ scꝫ nō taliter noti. Vñ sciēs aliq̄d per rationē vel fidē: nihilomin⁹ tentādo pōt illud scire ꝑ experientiā. ¶ Dicit in se: propter hoiem ꝛ demonē tentātem/ qui tentādo experimētalē noticiā ei⁹ de quo tentāt in se adquirūt. ¶ Dicitur vel in alio ꝓpter deū tentātē: qꝛ deus tentādo nō causat noticiā in se. Si quidē nihil de nouo cognoscit deus: qꝛ noticia dei incausabilis est ꝛ eterna: est em̄ immutabilis diuina essentia. Causat autē noticiā experimētalem in illo quē tentat vel in alijs quos scire facit de tētato qḋ nesciebāt. ¶ C Et fm hō intelligēda ē ois scriptura ꝗ de⁹ dr̄ tētare vt aliq̄d sciat nō ꝙ de nouo aliquid sciat qḋ nō nouit: vel nūc aduertat qḋ pri⁹ nō aduertit: cū oia immutabiliter eternalr̄ sciat antequā fiant ꝫ ꝙ aliq̄d tentatū: vel alios de tentato experimētaliter scire faciat. Sicut est illud Gen. xxij. Tentauit dñs Abraā. Et sequit. Nunc cognoui ꝙ timeas dñm. i. cognoscere te feci. Dicit principaliter ꝓpter deum hominē vel diabolū: ꝗ ex intētiōe cognoscēdi aliq̄d de aliquo in se vel in alio tentat. ¶ Dicit vel occasionaliter: ꝓpter carnē ꝗ tentare dicit: inq̄ntū cognosci pōt ꝑ carnē pulsantē: vel mundū aduersis repellentē: aut ꝓspis allicientē: qualis sit hō/ an virtute ꝯstans: an mobilis. Et talibꝫ carne scꝫ ꝛ mūdo frequēter vtit diabolus: tanq̄ instrumētis ad tētandū. Ex hoc patet ꝙ imediatus finis tentationis est sciētia experimētalis. Verū ꝙ ille finis vt plurimū ordinat in aliū finē bonū vel malū. Vñ vt dicit sctūs Bonauē. Qñq3 tentās intēdit ꝓbare vel approbare: aut ꝓbatū ostēdere. Hoc modo tentat de⁹: vt tentatū scire faciat ꝛ experimētalit cognoscere seipm. Sic dr̄ Deut. xiij. Tentat vos dñs deus vester: vt palā fiat vtrū diligatis eū an nō ex toto corde vr̄o. Et Sap. iij. Deus tentauit eos: ꝛ inuenit eos dignos se. Tanq̄ aurum in fornace ꝓbauit illos. Inuenit eos. i. inueniri ꝛ cognosci fecit illos a seipsis ꝛ alijs dignos se. Sic nōnunq̄ tentat mgr̄ discipulū in cōspectu alioꝝ de eo qḋ nouit discipulū scire: vt sic eius sciētia alijs fiat nota. Tentat etiā qñq3 hō se/ vel aliū: vt sciat quid in eo sit. j. Regū. xvij. de David dicit. Cepit tentare si armat⁹ posset incedere. Et. iij. Regū. x. Venit regina saba tētare Salomonē in enigmatibꝫ. Sic nōnulli tentāt dñm qui quasi incerti experiri volūt dei virtutē. Sic filij israel deū frequēter tētauerūt in deserto: vt dr̄ Numeri. xiiij. Tentauerūt me iam ꝑ decē vices. Contra quos dicit. Nō tentabis dñm deū tuum. Deut. vj. Tentans etiā qñq3 intēdit vt tentatū reprobū faciat ꝛ seducat. Sic tentat diabolus vt ad peccatū inducat. Sic dixit Pe. Actuū. v. Cur tentauit coꝛ tuū sathanas mentiri spūiscō ꝛ fraudari de ꝑcio agri. Etiā quādoq3 licet pulsans nō intendat: tamē ad eius pulsationē sequitur approbatio vel reprobatio hoīs. Sic caro tentat qꝛ ad eius titillationem ꝓbatur homo si resistit: aut reprobat si consentit. Sic dicit de carne Jaco. j. Unusquisq3 tentatur a sua concupiscentia abstractus ꝛ illectus. Et de mūdo habet ad Heb. xj. Lapidati sunt: secti sunt: tentati sunt. Hec em̄ sancti a tyrannis hui⁹ seculi passi sunt. Et Sap. xiiij. Creature dei facte sunt in odiū ꝛ in tentationē anime hominū ꝛ in muscipulā pedibus insipientiū. ¶ D Quāuis aūt tentari sic indifferēter accipit in bono ꝛ malo: accipit tamen sepe tm̄ in malo. Sic accipit a beato Jaco. in sua. ca. j. Nemo cum tentatur dicat: qm̄ a deo tentatur. Et sequitur. Deus enim intentatoꝛ est maloꝛum: ipse aūt neminem tentat. Et il-

lo modo capiẽdo in malo tentationẽ definit Cas. Tentatio est assimilatio boni ad fallendũ. Et de tali tentatiõe hic loquimur. Nõ eñi petimus non induci in tentationẽ: nisi qñ tẽtamur ad malũ. Et sic accipiẽdo tentare est officiũ ꝓpriũ diaboli. Sicut dicit Glo. interli. j. Thes. iij. sup illud: ne forte tentet vos is q̃ tentat .i. sol⁹ diabolus cui⁹ officiũ est tentare. Nã ꝛ si hõ aliqñ sic tentat: hoc agit inq̃tũ est minister diaboli. Qd̃ vtinã diligẽter attẽderent q̃ verbis/ factis/ vestitu/ nutibꝫ ꝛ signis alios solicitãt ad turpia mala ꝛ pctã cui⁹ in hoc sunt ministri: cui⁹ vicariũ cognoscerentqꝫ se in hoc agere ꝛ gerere ꝓpriũ diaboli officiũ. Forsitan si nõ timore tñ pudore vilissime seruitutis retraherent ab opere ꝛ moribꝫ tam ꝑuersis. Sic etiã ad malũ tentat hõ ab obiecto delectabili vel tristabili: ꝓsente se vel in phãtasia: qd̃ trahit ꝛ mouet sensualitatẽ sibi naturaliter afficerã: et ꝑ sensualitatẽ allicit ipsam volũtatem ad cõsensum inordinatũ fruẽdi eo cõtra dictamẽ recte rõnis. Et ita tentãt hominẽ diuitie/ honores/ cetera obiecta delectabilia etiã qñqꝫ terribilia ad incurrendũ inordinatũ timorẽ. Licet hoc obiecta non intendãt. Sunt tñ diaboli instrumenta q̃ ꝑ hec intẽdit hoiem decipere ꝛ inducere ad peccandũ. ❡ E Quantũ ad secundũ: licet plurime ponant tẽtationũ spẽs ꝛ distinctiones a sctis q̃s collegit Alexã. de ales loco allegato ꝛ diffuse ꝓsequit: ꝛ fm diuersa causaꝝ genera: Sufficiat tñ hic tãgere eas q̃ sumunt a causa efficiẽte ꝛ formali: nã de fine iã dictũ est ꝙ q̃dã tẽtatio fiat nude ad experiẽdũ scientiã tẽtati: q̃ fit ꝑ q̃stiões ꝛ argumẽta ꝛ sophistrias. Alia ad ꝓbãdũ vitã ꝛ mores. Tertia ad seducẽdũ. De q̃ solũ in ꝓposito. ❡ Quantũ ğ ad causã efficientẽ ponit mgr in. ij. dist. xxj. duplicẽ tentationẽ exteriorẽ et interiorẽ. Exterior est qñ nobis exteri⁹ malũ sensibiliter suggerit ꝟbo vel signo vt ad pctĩ ꝯsensum tẽtatus inclinet. Que nihil aliud est q̃ ostẽsio alicui⁹ obiecti sensibilis a ꝟtute exteriore: et vt apphẽdẽs ad peccãdũ alliciat. Tẽtatio interior est motio hois ad pctĩ ꝯsensum: orta ab aliq̃ ꝟtute interiore siue sensibili exteriore: vt cũ ipsa orit ex imaginatiõe mẽoria aut virtute motiua. Et illa qñqꝫ fit ab hoste/ qñqꝫ a carne. Qñqꝫ eñi imaginatiua nr̃a mouet ab hoste mouẽte spẽs vel habit⁹ in memoria sensitiua vel itellectiua reseruatas ꝑ illas cognitiuã ad cogitatões ipuras blasphemas aut sordidas: vt affectiuã moueat ad ꝯsensum. A carne spũi ꝓpter fomit⁹ infectionẽ rebellãte: vũ q̃sdã bestiales mot⁹ ac illicitos in sensualitate excitat: ꝛ facile ad ꝯsensũ volũtatẽ inclinat. Et hec qñqꝫ fit a carne sola: qñqꝫ sil' ab hoste carnem mouẽte. Sicut dicit aplᷤs. Dat⁹ est mihi stimul⁹ carnis angel⁹ sathane vt me colophiset. ij. Cor. xij. Et fm h̃ non q̃libet hoim tẽtationes ꝛ pctã sunt a demone tanq̃ a causa directa ꝛ imediata: nec oia pctã cõmittunt diabolo imediate instigãte. Quippe multa fiunt a libero arbitrio ꝛ a carnis corruptione. Unde dicitur in Ecclesiasticis dogmat: lv. Non

oẽs cogitatiões nostre male a diabolo excitant/ sed aliquotiẽs ex arbitrij nostri motu emergunt. et Orige. Etiã si diabol⁹ nõ esset: hoies haberent appetitũ ciboꝝ et venereoꝝ. Circa que multa inordinatio cõting: t nisi per rationẽ talis appetit⁹ refrenet. Refrenare aũt ꝛ ordinare hmõi appetitum subiacet libero arbitrio. Quare ex sola arbitrij negligẽtia in refrenãdo sine speciali ꝛ imediata instigatione diaboli cõtingere põt pctm̃. Verũ tñ oẽ pctm̃ hois mediate vel immediate orit ex tentatione demonis. Ipse eñi instigauit ꝓmũ hominẽ ad peccandũ ex cui⁹ pctõ in toto genere humano secuta est q̃dã pronitas ad peccandũ. Etiã omne pctm̃ oritur ex tentatiõe aliqua. Nemo eñi ad malũ aspiciẽs opat. fm Diony. Omnis autẽ tentatio est a demone vel carne: ꝛ tentatio a carne etiã est a demone tanq̃ a mouẽte primo vel mediato. Quia tentatio carnis est ex eius corruptiõe: que orta est ex prima demonis tentatione. Et fm hoc itelligẽda est auctoritas bti Hiero. sup illud ps̃. Declina a malo ꝛ fac bonũ. Mala oia ex instinctu diaboli ꝓcedũt sicut bona ab istinctu dei. Ibi tñ (sicut) nõ dicit oimodã similitudinẽ: q: bona oia ꝓcedũt a deo imediate. Est eñi deus causa immediata oim positiuoꝝ effectuũ. Mala ꝟo ꝓcedunt ex instinctu diaboli nõ oia imediate ſ; quedã tm̃ mediate. Silr ꝛ Diony. c. iiij. de diuis no. Multitudo demonũ est causa omniũ maloꝝ sibi ꝛ alijs. Et illud Dam̃. Malicia ꝛ oẽs immũdicia a diabolo excogitate sunt. Et ad illã distinctionẽ etiã reducit illa: ꝙ oẽs tentatio est ab hoste vel a carne. Quia per tentationẽ ab hoste intelligitur oĩs tẽtatio exterior: illa eñi fit ab hoste q̃ exterioribꝫ vtitur sicut suis instrumẽtis. Non est tñ ita ꝓcisa sicut hor: q: mẽbra magis coincidũt: cũ etiã tentatio a carne nõnunq̃ ꝓcedit ab hoste carnẽ ac sensualitatẽ mouẽte vt dictũ est. ❡ F De diuisione tẽtationis q̃ sumit a causa formali: id ẽ a modo tentandi ꝯsequẽter aduertendũ: ꝙ oẽs tentatio tendẽs inducere ad peccatũ põt (a q̃cũqꝫ fiat) ad duos reduci modos: q: aut fit ꝑ blanda ꝛ cõcupiscabilia: aut ꝑ tristia ꝛ timẽda. Unde btũs Aug⁹. sup illud ps̃. lxxix. Incensa igni ꝛ suffossa ab increpatione vultus tui peribũt/ Dicit: Oĩa pctã due res faciũt in homie/ scꝫ cupiditas: id est amor inordinatus creatarũ rerũ ꝛ timor. Subdit. Et videre vtrũ põt esse pctã nisi aut cupiendo scꝫ delectabilia: aut timendo tristia scꝫ ꝛ aspa. Et ponit exemplũ. Uult aliqs vt dicas falsum testimoniũ: ꝛ forte ꝓ illo ꝓmittit mũera. Attẽdis deũ ꝛ dicis in anio tuo. Quid ꝓdest hoi si vniuersum mundũ lucret: anime sue detrimẽtum patiatur? Certe non abducor lucro vt perdam animã meã. Ideo ille tentans ꝯuertit se ad metum qui lucro proficere non potuit: ꝛ incipit minari damnũ expulsionem: cedes fortassis ꝛ mortem: vt si cupiditas nõ valuit: fortassis timor ille valebit vt pecces. Et infra. Que sunt pctã succensa igni: ꝛ que suffossa: Rñdet: que fecerat amor malus tanq̃

igne accenderat ⁊ que fecerat timor malus tanq̄
effoderat. Et de hoc Glosa sup eodē ps̄. ait: Incē
sa id est peccata: sed incensa sunt q̄ facit cupiditas
amens. Suffossa q̄ timor male iacēs. Et hec sunt
omnia peccata: q2 om̄ia sunt ꝓpter cupiditatē vel
timorē. Que nō capit cupiditas vincit timor. sic
econtra: amor dei ⁊ timor eius ducit ad omne bo
nū. Ut bene tibi sit times. Ne male tibi sit hage
in deo nō in seculo. Uterq3 amor incendit: vterq3
timor humiliat. De bono dicit. Fodiā circa illā ⁊
mittā stercora. Fossa significat piā humilitatē pe-
nitētis. Stercora viles sordes penitētie De igne
aūt boni amoris dicit. Ignē veni mittere in ter-
rā: ⁊ quid volo nisi vt ardeat. Hec glo. Licet autē
his duobꝫ modis tentatio agit nullus tn̄ timore
vincitur nisi amore capiat. Qui eīn timet dāna
iniuriam vel molestas: ideo timet: quia seip sum
amat: ⁊ quia se amat: ideo molestas sustinere de-
tractat. Idcirco omnis tentatio: siue fiat per blā-
da/siue per aduersa ⁊ aspera: finaliter vincit per
blanda et amabilia: nō que tentās offert: sed que
tentatus diligit ⁊ perdere timet. Si quidē paup
tatem nō timet neq3 exiliū aut mortē: nisi qui di-
uitias diligit patriā ⁊ vitā. Unde Aug⁹. Nemo
frangit aduersarū rerum molestia: qui prospera-
rū delectatione nō capit. ¶ G Si forte q̄ris
si duo eque intense ⁊ extense tentarent ad lapsum
ad pctm̄ idem: vnus per tristia ⁊ aspera: alter per
delectabilia ⁊ blanda. Cui illaꝝ tentationū esset
difficilius resistere. ¶ Respōdetur ꝙ quantū ad
multa pctā difficilius esset resistere tentationi per
blanda. Hac ꝯsideratione quia vexatio dat intel
lectū: ⁊ cōpellit vexatum auxiliū dei querere. Uo
luptas ⁊ blandicies excecat mentis oculū ⁊ obli-
uisci facit dei ⁊ beneficioꝝ suoꝝ. Iuxta illud Deu
tero. xxxij. Incrassat⁹ est dilectus ⁊ recalcitrauit.
Impinguat⁹ et dilatatus dereliquit deū factorē
suū: ⁊ oblitus est dn̄i creatoris sui. Et Tullius li
bro. j. de officijs dicit. In ꝓsperis precipue cauen
da sunt supbia/fastidium/arrogātia: et ne ꝓprio
vtamur consilio: ⁊ ne adulatoribꝫ de nobis creda
mus. Ista eīn vitia per ꝓspera hominē surripiūt
priusq3 homo aduertat. Ideo magis commēdat
Boe. li. ij. de conso. ps̄a. viij. fortunā aduersam q̄
prosperā: eo ꝙ illa sagax est ⁊ prouida: ista ceca et
sui semp ignara. ¶ H Fit autē vt supra tenta-
tio triplicit̄ s̄m Grego. in omel. sup illud Matt.
iiij. Ductus est Iesus in desertū: scʒ suggestione ⁊
delectatione/⁊ consensu. Suggestio fit ab extrin
sico scʒ diabolo vel hoie peruerso: aut delectabili
vel tristabili obiecto foris oblato: vel etiam inte-
rius imaginato: et totū illud genus tentationis
est extra tentatum: quādo nondum sentit concu-
piscentie motum ad cōcupiscendū huiusmodi de
foris oblatum ac suggestū. Quo genere tentatio
nis etiam diabolus christum tentauit/quia exte-
rius suasit illicita: sed intus in christi anima nul-
la oīno orta est male suasi concupiscentia. ¶ Se-
cundū genus tentationis est: quando per sugge-
stionem dicto modo factam sensualitas mouet:
⁊ iam in re illa de qua tentatur bestialiter delecta
tur: tunc delectatio iam intrat exteriorem homi-
nem. Quicquid eīn habemus in animo cōmune
cum bestijs: dicit ad exteriorem hominē pertine-
re s̄m beatū Augu. xij. de trinitate. c. j. Et hec ten
tatio adhuc non coinquinat hominē culpabiliter
nisi ꝓrumpat in interiorem hominem per consen
sum. Et tunc est tertium genus tētationis: quod
ꝓcedit vsq3 ad rationē ⁊ voluntatem que sunt ho-
minis interioris. Per primū ⁊ secundū tentatur
quidē homo. Sed per tertiū inducitur in tentati
onem. Nam tertia pertingit vsq3 ad rationis con
sensum quo consummatur in voluntate peccatū
⁊ quanto consensus huiusmodi est plenior ⁊ ma-
ior: tanto peccatum grauius. Et hec tria genera
figurata sunt in primi hominis tētatione: vbi ser
pens foris mulieri suggessit. Mulier cōdelectā-
do comedit: vir cōsentiendo peccatū consumma-
uit. Ut tangit magister dist. xxiiij. li. ij. post bea-
tum Augu. Licet non penitus conformet ad pre
dicta. Nam s̄m eum pro serpēte est sensualis mo-
tus anie. Pro muliere inferior portio rationis.
Pro viro superior. Inter hunc virum ⁊ hanc mu
lierem est velut quoddā spirituale cōiugiū natu-
ralisq3 contractus: quo superior rationis portio:
quasi vir preesse debet ⁊ dominari. Inferior vero
quasi mulier debet subesse ⁊ obedire. Et sicut in
cunctis animantibꝫ non est repertum homini ad
iutorium sibi simile: sed de illo est sumptū quod
ei formaretur in coniugium: ita in partibꝫ anime
quas habemus cum pecoribus cōmunes: nullū
mēti nostre simile est adiutorium. Sed ex illa ra-
tionali mēte qua subheremus intelligibili ⁊ incō
mutabili veritati: tanq̄ ductum ⁊ inferioribꝫ tra
ctandis gubernandisq3 deputatum est. Si ergo
per sensualitatē intelligimus potentiā sensitiuā:
cum suis obiectis mouentibus: pertinet ad tenta
tionem exteriorem illecebram suggerentem: quā
serpens significat. Inferior autem portio mulie-
ris nomine designata est que est pars rationis tē-
poralibus intendens ⁊ ea sensualitate ⁊ eius ob-
iectis immediate mobilis. Supior ꝟo qua cun-
cta s̄m regulas eternas iudicare habet tanq̄ vir
in homine dominari debet ac mulierē (inferiorē
anime portionem) regere. Sensualitatem quoq3
(quatinus suo subest imperio) ab illecebris cohi-
bere. Cum ergo sensualitas illecebram exteriorū
obiectorum aut male suggestionis apprehensio-
ne concepit: serpens mulieri id est inferiori ratio-
nis portioni suggerit. Que si mora fuerit sensui
condelectādo: iam etiam mulier cibum vetitum
gustauit. Quod si superior ratio in idē consentit.
Uir simul cum muliere cibum sumpsit: ⁊ peccatū
cōsumauit. De hoc ita magister ait: etiam in vno
quoq3 nostꝝ nihil aliud agitur cū ad pctm̄ quisq3
dilabitur: quā tunc actum est in illis tribus: ser-
pēte/muliere/⁊ viro. Nā primo fit suggestio ⁊ siue
per cogitationē: siue ꝑ sensus corporis: vel vidē-

do/vel tangendo/vel audiēdo/ vel gustando/vel
olfaciendo. Que suggestio cū facta fuerit/si cupi
ditas nostra nō moueat ad peccandū excludit ser
pētis astutia. Si autē mora fuerit: q̄si iā mulieri
persuasum erit. Si aliqñ rō viriliter etiā cōmotā
cupiditatē refrenat ꝛ compescit: qđ cū fit/nō labi-
mur in peccatū: sed cū aliquāta luctatiōe corona-
mur. Si aūt ratio cōsentiat: ꝛ ꝙ libido cōmoue-
rit faciēdū esse decernat: ab oīm beata vita tanq̄
de paradiso expellit homo. Iā eīm pctm imputat
etiā si nō subsequat factum qñ rea tenet in consen
sione ꝯsciētia. ¶ I Sed circa p̄dicta queri po
test: cuꝫ tentatio fit aliqñ a carne: qñqꝫ ab hoste q̄
difficili⁹ vincit: Respōdet magister dist. xxi. scđi
ꝙ quia tentatio a carne interi⁹ impugnās de no-
stro cōtra nos roborat: ideo difficili⁹ vincit. Qđ
intelligēdum est ꝑm scm̄ Bonauē. respectu eius-
dē peccati. s. carnalis. Unde si ad peccatū carnale
qs a ꝓpria carne (hoc est sensualitate) tentat mot⁹
bestiales vel ꝯcupiscētias sensuales excitante: vt
famem/sitim vel somnū ꝛc. ad cōsentiendū pecca
to. Alius ab hoste pctm̄ suggerēte sine sensu car-
nis: difficili⁹ ea vincit que est a carne ꝓpter cōiun
ctionē carnis ad spiritū: ex qua magis incuruat
Eph. 5. aīa carni naturalr inclinata: ꝑm illud Apli: Ne-
mo vnq̄ꝫ carnē suā odio habuit: ꝫ fouet ꝛ nutrit.
Itē ꝓpter carnis cōtinuā molestiā: cui cōtinue ad
heret: ꝛ q̄ tentare nō cessat. Si aūt fiat cōparatio
respectu diuersoꝝ peccatoꝝ: vt puta carnis tenta
tio intelligat respectu peccatoꝝ carnaliū: ꝛ tenta
tio hostis respectu spūaliū. Sic se habēt sicut ex-
cedentia ꝛ excessa. Quidā eīm hoīes magis proni
sunt ad peccata carnalia: puta ad peccata intēpe
rantie q̄ꝫ ad superbiā. Et his difficilius est resiste
re tētationi carnis q̄ꝫ hostis. Quidā ecōuerso ꝓ-
niores sunt ad peccata spūalia: puta superbiā: in-
uidiā q̄ꝫ carnalia: vt qui magis desiderant hono-
res q̄ꝫ voluptates. His difficili⁹ est vincere spiri-
tualia peccata q̄ꝫ carnalia. Si qs vo indifferens
fuerit ad vtrūqꝫ: ꝛ eque ꝓmptus q̄ꝫtū est de se ad
hec vel illa: illi certo respectu difficilius est vince-
re carnalia: et alio respectu difficilius est vincere
spiritualia. Carnalia quidē ꝓpter magis intrinse
cā ꝛ ꝯtinuā adherentiā: Spūalia ꝓpter maiorem
boni ꝑmissi apparentiā ꝛ latentiorē instigātis fal
laciā. Qui mlta vitia virtutis specie palliat. Trās
2. Cor. 11. figurat eīm se in angelū luc̄. Et licet hostis sit for
Job. 41. tior: ꝑm illud: Nō est ptās sup terrā que ei valeat
cōparari. Sic etiā callidior ꝛ occultior: ꝑm illud
Eph. 6. Apli: Nō est nobis colluctatio aduersus carnem
ꝛ sanguinē: sed aduersus principes ꝛ potestates:
aduersus mūdi rectores tenebraꝝ haꝝ ꝯtra spi-
ritualia nequitie in celestib⁹. Tamē nō ꝑmittit tē
tare ꝑm totā suā potentiā ꝛ astutiā/sed reprimit a
potestate diuina: q̄ nō permittit hoīem tentari vl
tra q̄ꝫ pōt: vt dicit. i. Cor. x. ¶ K Quātū ad
ter nū vt cognitis aliq̄ten⁹ tētatoris fraudib⁹ eas
cauti⁹ vincere valeam⁹: enumerāde sunt ꝛ aperi-
ende quedā speciales tētationū fraudes q̄b⁹ cete-
re innumere illi⁹ mille artificis insidie possint ca-
ueri. Annumerat aūt Guil. parisieñ. in tractatu
suo de virtutib⁹ septē tētationū fraudes q̄b⁹ q̄rit
hostis humane salutis aīas illaq̄are. Per q̄s nō
nunq̄ꝫ sapiētissimi ac fortissimi ꝓsternunt. Pria
est lōga et ꝑseuerās fatigatio ꝛ vexatio de aliquo
vitio: aut aliquib⁹ pctis. Per quā duo intēdit tē
tator. Primū est despatio de dei auxilio: vt tēta-
tus desperās se credat ad deū nō ꝑtinere. Scđm
est vt tentat⁹ credat se a deo penit⁹ derelictū: nec
de se curā aliq̄ esse deo. Cū eīm hō diu tentat ꝛ assi
due instāterqꝫ petit a tētatione liberari: nec tñ qđ
petit obtinet facile ad impulsuꝫ diaboli desperat
de dei adiutorio: putās se a deo nō curari ꝛ tradi-
tum obliuioni. Scđa astutia est extraneitas ten
tationis: ꝛ admirabilr rei enormitas de qua qs tē
tat: vt cū alios in talib⁹ insuetis tētationib⁹ tēta-
ri aut tētatos fuisse nō audiuit: se ad deū nō ꝑti-
nere: aut etiā veros christianos nō esse formidēt.
Et addit: ꝙ nōnulli ip̄m sup hac tentatiōe ꝯsule-
rint q̄ illā marie abhorrebant ex h̄ solo: ꝙ suspica
bant se solos istā tentationē pati: qui se ferme de
relictos ꝛ q̄si inauditis tētationis turpitudinib⁹
expositos vehemēter expauescebāt. Subdit: Ta
les ꝑfecto nō viderūt oppugnari castra fortissima
cōtra que nō solū cōsuete ac note machine paran
tur: sed oīa iaculoꝝ genera: quecūqꝫ immūda/q̄
cūqꝫ feda/quecūqꝫ venenata ꝛ noxia i ipsa iaculā
tur. Ita ꝛ in spūali pugna demonū: contra castrū
aīe nostre. Totis eīm ip̄e studijs ꝛ virib⁹ insidiat
nobis. Tota auiditate sanguinē nr̄m sitit. Qua-
propter nihil apud eū interest an stercus an lapi-
dem mēti nr̄e inijciat aut iaculo ꝯsueto aut incon
sueto oppugnet dūmodo ꝓsternat/dūmodo inter-
ficiat. Tertia astutia est: q̄ molit vt qs statū suū
in q̄ bene stat ꝛ secure viuit mutet: adinstar quō
fit strepitus ac tumultus in aqua: vt exeāt pisces
de suis receptaculis in quib⁹ tuto fuerāt cōstituti
quatin⁹ fugiētes incidāt in laqueos ꝛ retia pisca
toꝝ. Sic diabol⁹ bñ se habēntib⁹ in aliq̄ statu: vbi
sibi ad eos nō patet: aut saltē nō facile patet acces
sus: molit ꝓprijs suggestionib⁹ vel alienis: aliqñ
etiā terrorib⁹ vt se ad aliū statū vel locū trāsferāt.
Sciens eos in alijs locis aut statu min⁹ tutos ꝛ
ad cedendū tentationibus magis aptos. ¶ L
Quarta est qua hoīem ad maiora bona ꝛ sup vi-
res penitus exercitia inuitat ꝛ excitat: sicut qñqꝫ
cōtingit in ieiunijs et abstinētijs: vigilijs discipli
nis ac alijs religiosis exercitijs singularib⁹ inso
litis ꝛ incōsuetis. Inducit nōnunq̄ꝫ ad memoriā
maioꝝ exēpla sctoꝝ: factaqꝫ ꝛ opa: q̄ tñ illis ad
huc imꝑfectis ꝛ in virtutib⁹ defectuosis sūt peni
tus improportionata: ꝛ h̄ facit singulari sue mali
gnitatis studio: vt homines huiusmodi naturali
bus suis viribus ꝑ hoꝝ improportionatoꝝ indi-
scretionē exercitiorum destituentur: sic ꝙ destru-
cti sibi fiant inutiles et alijs onerosi: aut certi vt
totum bonum qđ ceperāt abijciant: ac reuerten-
tes ad vomitum fiant deteriores q̄ꝫ fuerāt. Si-

mile ponit de symeaꝝ captura: q̄s ꝑ calceos magnos ꝛ sotulares/ duꝫ venatores ipos imitari volentes/ sibi alligant: nec tñ eos portare/ aut in eis ambulare valent: a venatoribꝰ capiunt. Calciamenta in scriptura sanctoꝝ exempla signant: que sequi ꝛ portare non preualent homines imbecilles ꝛ in virtutibꝰ imꝑfecti. ¶ Quinta fraus ꝛ astutia/ q̄ sub pretextu boni suadet piculū. Et hmôi calliditatis sunt multe spẽs: vt dum sub pretextu pietatis ꝛ dādi elemosynas/ suadet adquiri diuitias. No
I. Ti. 6. uit eñ ipe malignus illud Apl̃i: Qui volūt di-
Eccli. 11 uites fieri incidūt in laqueos diaboli. Et illō: Fili mi si diues fueris/ non eris immunis a delicto. Similr̃ dū impugnat ꝑ aliqō vitiū/ suadet bonū oppositū: qō nouit esse maioris occasionē ruine: vt cum impugnat aliquē ꝑ luxuriā/ suadet ieiunium ꝛ abstinētiā: sciēs eū in iracūdiā/ acediā vel amētiā facile posse labi: qō ꝑ experientiā freqnt̃ accepit. ¶ Sexta astutia est: q̄ hoibꝰ vitia suadet sub pretextu virtutum: sicut sub pretextu ꝓuidētie suadet auariciā: sub pretextu misericordie remissionē indebitā: sub pretextu iustıcie crudelitatē: sub pretextu zeli rectitudinis immanissimū furorē. Talibꝰ igit̃ diabolꝰ velut fraudulētissimꝰ mercator vēdit fragmenta fictilia ꝓ lapidibꝰ ꝓciosis: vitꝝ viride ꝓ smaragdo: cuprum ꝓ auro: stannum ꝓ argento. ¶ M Et nō solū in istis vitijs/ ꝫ in oibꝰ alijs est q̄dam vmbratica species ꝛ fallax imago virtutis: qbꝰ se querūt/ ne agnoscant̃ colorare: qn potius se diuos mores imitari: vt late deducit Augu. lib. ij. ꝯfes. vbi ad deū loquēs ait: Nā ꝛ supbia celsitudinē imitat̃/ cū tu sis vnꝰ sup oia excelsus. Et ambitio qd/ nisi honores q̄rit ꝛ glām: cum tu sis ꝑ cunctis honorādus vnꝰ ꝛ gl̃iosus in eternū. Et seuitia potestatū timeri vult. Quis aūt timēdus nisi vnꝰ deus: cuius ptāti eripi aut subtrahi qd pōt: qñ vel vbi aut quo vel a quo ꝑt. Et blandicie lasciuientiū amari volūt: ꝫ neqꝫ blandiꝰ est aliqd tua charitate: nec amat̃ qcq̄ȝ salubriꝰ q̄ȝ illa ꝑ cūctis formosa ꝛ luminosa v̄itas tua. Et curiositas affectare videt̃ studiū sciē: cū tu oia summe noueris. Ignorātia q̄ꝫ ipa atqꝫ stulticia simplicitatis ꝛ innocētie noie tegit̃: qꝛ te simpliciꝰ q̄c. ꝫ nō reperit̃. Quid aūt te innocētiꝰ/ q̄m quidē oꝑa tua malis inimica sunt. Et ignauia q̄si quierē appetit: q̄ vo quies certa ꝓter dñm. Luxuria satietatē atqꝫ abūdantiā se cupit vocari: tu aūt es plenitudo ꝛ indeficiens copia incorruptibilis suauitatꝭ. Effusio liberalitatis obtēdit vmbrā: ꝫ bonoꝝ oim largitor effluētissimꝰ tu es. Auaricia multa possidere vult: ꝛ tu possides oia. Inuidia de excellentia litigat: qd te excellentiꝰ. Ira vindictā q̄rit: q̄s te iustiꝰ qs vindicat. Timor insolita ꝛ repentina exhorrescit rebꝰ que amant̃ aduersaria: dū ꝓcauet securitati: tibi eñ qd insolitū: qd repentinū: aut quis a te separat quos diligis: aut vbi/ nisi apud te summa securitas. Tristicia rebus amissis cōtabescit/ qbus se oblectat cupiditas: quia ita sibi nollet/ sicut tibi offerri nihil potest. Ita fornicatur anima abs te: ꝛ querit extra te ea que pura et liquida nō inuenit/ nisi cū redit ad te: sed etiam te imitando/ indicat creatorē te esse omnis nature: ꝛ ideo non est quo a te oino recedat. Hec Augusti. Propterea veritas virtutum ꝛ puritas diligenter inuestiganda est: vt fallacia diabolica possit in talibꝰ melius ab hominibꝰ depꝑhendi. Propter qō
dr̃ veritas: Suadeo tibi a me emere auꝝ ꝓbatuꝫ Apoca. 3.
ignitū, vt locuples fias. Et vulgariter dr̃: Non omne qō fulget est auꝝ. Et Aristoteles in Elēcis Auricalcea ꝛ felle tincta vident̃ aurea: cum lōge aliud sint. In huiusmodi igit̃ fidelibꝰ recurrendū est ad vnctōem sancti spūs: que de omnibꝰ docet. j. Joan. ij. Hinc frequenter orat eccl̃ia: Ueritas tua quesumus dñe semꝑ maneat in cordibꝰ nr̃is: ꝛ omnis inimici falsitas destruat̃. ¶ N Se-prima diaboli astutia ꝛ omniū ꝑiculosissima ē ipsa pax: id est cessatio a perceptibilibꝰ tentationibꝰ quam pacem multi imperitoꝝ affectant ꝛ vehementer ꝯcupiscūt. Sed hec adeo ꝑniciosa est, vt de ea sanctoꝝ ecclesia dicat: In pace amaritudo mea amarissima. Et enumerat doctor ille quatuor mala que ad talem pacē ꝯsequunt̃. Primū est fatua securitas qua negligit̃ dei timor/ q̄ ē electorum vigilantissimꝰ simul ꝛ fidelissimꝰ custos. De quo Eccl. xxvij. dr̃: Nisi instāter te tenueris in timore dei/ cito subuertet̃ domus tua: id est conscientia. Et Prouer. xiiij. dr̃: Timor dñi fons vite/ vt declinet a ruina mortis. Illa ergo pax arefacit fontem vite: que arefactio quāta sit impugnatio: quis non videat. Hec eñ securitas facit nos seorsum a cura ꝛ sollicitudine custodienda ꝛ per hoc exponit nos hostibꝰ totos incautos. Ideo nō cessat versutus ille tentare: vt cum qs estimat se secuꝝ/ negligat se tueri: quatenus quos sic ꝑ quietem securos reddiderat, repente rediens facilꝰ inopinatus irrūpat. ¶ Secundū malū est desidia/ pigricia siue ignauia: Quia hūana tarditas ad proba oꝑa tentatōnum stimulis excitat̃: iuxta illud Ps. Multiplicate sunt infirmitates eoruꝫ postea accelerauerūt. Desidia eñ q̄si diaboli dormitoriū: humanaꝝ mentiū vires turpissima rubigine ꝯsumit: que ꝯtinuo deberēt exercitio splendescere: quēadmodū ferri exercitiū ipm splēdescere facit/ ad similitudinē argentei nitoris. Nā cum exercet̃/ candet: ꝛ cum quiescit/ rubigo turpis adgignit̃. ¶ Tertiū malū est ignorātia sui ꝛ ꝓprioꝝ defectuū: ad quam sequit̃ elatio: quia eo ipo q̄ non tentamur/ credimus nos fortissimos: ꝛ tam sanctos vel sic angeloꝝ custodia vallatos: vt nos diabolus non audeat impugnare. Qua credulitate nihil stultius est: qꝛ dum nō putamꝰ, in foribꝰ adest: querēs euertere totam conscientie domuꝫ. ¶ Quartū malū est fraternꝰ ꝯtemptus: quia facile qui hmôi pacē in se sentiūt/ ac diutiꝰ in se senserūt/ despicere eos solēt q̄ grauiter tētant̃: dicētes hmôi horrēdas tentatōes cadere nō debere i christianū hoiem: ꝛ q̄ vilissimꝰ est qui talia cogitat: aut cui tales cogitationes immittunt̃. Immo te

les aliquādo ita puros se existimant: ꝙ nec aliīs miserandū q̄ grauib' agitant̄ tētationū insidiīs esse impꝯssime putant. Indignant̄ q̄z bis q̄bus cōpari deberent: qḋ false iusticie certum signū est ſm beatū Grego. in omel. ¶ Iste sunt septē astutie siue fallacie generales q̄bus diabolus vt frequēter vtit̄ in tentādo hoīes: vt ipos i sue dānationis laqueū ꝑtrabat. ¶ O Plures deniq̄z tentationū modos enūerat clarissim' doc. Joā. Gerson: olim Parisieñ. cancellari' in scripto sup magnificat tract. viij. tractās hunc versiculū: Deposuit potētes de sede. Addidit ꝛ alios. lxi. fraudiū

modos
aliū que
cto. Et q
bis anno
abolus:
deponer
lentis ce
na salub
lose imp
meris.
rē sub v
qui se n
humilis
ris. Det
lata pac
Detesta
cat: ꝛ a
vocaba
nequā i
ꝑpetrar
velle vel
nes: qñ
cas sanc
est supfl
ꝓma ma
nis. Cu
mines i
gerit qu
nales cr
dānand
care nō p
qḋ inde
uersis/ si
lo decore

feret̄? Cur acceptio gloria ꝑ reperit̄ apud ipsum? Cur nō citi' venit ad hoīes redimēdos. Cur tot absq̄z baptismo innocētes: tot in insulis sine lege viuētes: tot qui saluarent̄ si bonis doctrinis ꝛ societatib' instruerent̄ perire ꝑmittit ꝛ ꝑmisit. Scit nequā iste ꝙ perscrutator maiestatis opprimet̄ a gloria. Scit hoīem ꝓhibitū: ne in plurib' dei opi bus fuerit curiosus. Culpat hipocrisim: ſ vt homines absq̄z honestatis velo ꝑpetrēt mala. Laudat simplicē cū sancta verecundia: quatenus hipocrises fictiōis introducat. Culpat inuidiā ꝛ benignitatē laudat: ſ vt malignitas improba nocē tiū foueatur. Culpat ecōtrario iniquitates aliorū vt personale odiū cōtra fraternā charitatē suscitetur. Culpat iratos: i. e. vt zelū sctm̄ abiīciat. Laudat zelum sanctū: quo ꝓceps ira furiat. Laudat quietē sanctā: sed vt in sterquiliniū corporis inertie deiīciat. Ostēdit odibilem auariciā: ꝛ ꝙ nihil nequius q̄z amare pecuniā sed vt ꝓdigalitatē consumptione oīm cū rapinis introducat. Pulchrā ꝛ amabilē dicit frugalitatē: vt tenacitati locū paret. Ostēdit quātas gignit infirmitates gula: sed vt periculosiorē saturitatē capit' et corpis absq̄z remedio operet̄. Laudat oīa sana esse sanis: ꝛ nihil esse reiiciendū qḋ cū gratiarū actione accipit̄: vt a cēperātia fallax abducat. Ostendit q̄z feda sit luxuria q̄z vilis nec honore digna: vt ꝯiugiorū iura ꝯtaminet. Laudat ꝓlificationē: imo iubet ꝑ illud Crescite ꝛ multiplicamini: quatin' cōcubinatū licere demōstret. Ostēdit nō esse iurandū. Sit inquit sermo vester: est est: non nō: vt detestet̄ omne iuramentū. Dicit ex aduerso: qui bene iurat bene credit: vt periuria aut blasphemias diuini nois multiplicet. Circuit iste sathan ꝛ terrā ꝑambulat vt circūstantias oīm consideret. Quis/ quid/ vbi quib' auxiliis: cur/ quō/ quādo. Tēdit laqueos in qs impellat multos valde: vt si fuerit aliquis ab vno liberat' cadat in alterū. Itaq̄z considerat dū circuit ꝛ obseruat volentes placere deo. ¶ P

Uidet aptū aliquē ad religionis ingressum: impellit ad oppositū sic illudēs. Cur ciuilē vis deserere ꝯuersationē: qm̄ homo natura ciuile aial est. Hoīes hoīm gratia facti sunt: vt se mutuo iuuēt sibi mutuo seruāt. ve soli. Cur nō poteris sub habitu seculari salutē tuā opari? Sub vno abbate christo gaudeas lege libertatis quā tibi dedit de' ꝛ emit christ'. Quid pulchri' quid eligibilius libertate. Cur tot ꝛ tales vis subire obseruatiōes: ꝛ vota sup te inducere: qui nō sufficis ad precepta seruāda. Quid sunt oblationes tot nisi laquei ad totidē trāsgressiones. Uideas ne illaqueat' verbis oris tui cadas. Displicet eñ deo stulta ꝛ infidelis ꝓmissio. Ecce quot ꝛ quales in religione defecerūt: quot ceciderūt: q̄t apostate retro abierūt Cur nō vis talentū tibi creditum in his ꝛ in aliis gratiis multiplicare. Ut q̄d ꝑditio hec esset in religionis ingressu siue in solitudine? Celat ꝑditus ille laqueos in seculo. Fit iste qui saluand' fuerat in religione: ꝑditus in seculari ꝯuersatione. Fit secularis: cōiungit̄ vxori. Heu quos illic laqueos tribulationū nō inuenit? nascūtur filii. Alia cura si ꝓcax vxor: genere magnifica: si sterilis: si feda: si lubrica: q̄le suppliciū. Fit de milicia aut curialium nūero: quot illic curis inuoluit̄. Primit' erit dulcis inexꝑto cultura dulcis amici: exꝑtus metuet: inuidiā nō tolerabit. Fit oportet assentator ad omnia: fit miser/ dormiēs/ vigilās/ comedēs ꝛc. ad alterius arbitrium. Fit causidicus aut practicus in phisica. Fraudes mille sparguntur in practicatione. Dum querit diues fieri incidit in desideria multa ꝛ laqueos quibus mergitur in interitum. Fit beatificatus in ecclesia ꝛ celebs: cauen.

sic deū offendant: fidē ꝑsequent᷑ ⁊ impugnent: sacramētis insultent: sacrilegia cōmittāt: ⁊ similia: sub certis penis rōnabilib᷒ prohibere. Licet hmōi eoꝝ statuta nō se extēdant / nisi ad suos subditos laicos / nō ad clericos. Neq̄ hmōi penis sic ꝑ eos statutis: pñt ꝑsonas a sua iurisdictiōe exemptas castigare: possunt tñ licite sibi subiectos / statutis penis cohibere. Et ſm hoc oēs auctoritates exponēde sunt: que vident᷑ a laicis tollere auctoritatē se quouis mō intromittēdo de spūalib᷒ ⁊ ecclesiasticis: scꝫ ꝓmo mō de eis ordinādo ⁊c̄. nō secundo mō. Quis em̄ papa nō cōmendaret legē imperatoris: statuētis summū pontificē nōn deberi in suo regimine ꝑturbari: nullū laicū res ecclesiasticas cōtingere: aut ecclīas spoliare ⁊c̄. Et ꝑ h̄ correctio pctōꝝ: sine tñ impedimēto ecclīastice iurisdictiōis: q̄tū ad pctōres laicos in foro cōtentioso pōt ptāti laicali ꝯuenire. ¶ Q Ad tertiā q̄ arguit de criminib᷒ ecclīasticis: ꝙ nō ꝑtinet ad iudicem secularē. Dicēdū ꝙ crimē diuersimode dicit᷑ ecclīasticū ⁊ seculare. Qñq̄ rōne ꝑsone cōmittentis: q: ecclīastica vel secularis. Uel rōne cognitionis: q: ei᷒ cognitio tm̄ spectat ad clericos i sacris litteris eruditos: vt crimina in sacramēta matrimonij ac cetera cōmissa. Uel rōne obiecti: q: immediate in deū / sacramēta / vel res ecclīe admissum / vt heresis / blasphemia / sacrilegiū. Uel rōne punitionis seu pene infligēde. Secūdū q̄ꝝ diuersitatē modoꝝ idē pctm̄ pōt nūc dici ecclesiasticū: nūc seculare. Et ꝑ h̄ vario mō rñdendū erit. Tñ quātū nūc sufficit: dr ꝙ crimē ecclesiasticū primis duob᷒ modis regularit᷑ ⁊ ꝓncipalr̄ nō spectat ad potestates seculares. Licet in casu etiā vtroq̄ mō ad laicos possit spectare crimē ecclesiasticū: vt dū clerici in eoꝝ punitiōe essent negligētes: aut etiā maliciose errarēt i iacturā fidei: vt si manifestā heresim fouerēt. Crimē ṽo ecclesiasticū tertio ⁊ q̄rto modis etiā ad ptātē secularē ꝑtinet. Possunt em̄ laici punire in suis subditis crimina in deū cōmissa ⁊ in res ecclesiasticas. In oī em̄ secta reges etiā distincti a sacerdotib᷒ punierūt illa crimina q̄ putauerunt in deū vel deos suos: ⁊ ꝯtra religionē suā cōmissa: vt supra habitū est. Sic christiani principes licite puniūt ⁊ occidiūt occisores sacerdotū: fures reꝝ ecclesiasticaꝝ: incēdiarios ecclīaꝝ: effusores sacramēti eucharistie: ⁊ vasoꝝ ei᷒ raptores etiā nō reqsiti ad h̄ ꝑ ecclīe platos. Jō multo magis ⁊ puniūt crimina in deum cōmissa / q̄ꝫ in sacerdotes ⁊ res ecclīasticas: teste btō Aug. xxiij. q. v. Si ꝓpterea. Si ꝓpterea (inqt) ꝑsecutor nō fuit nabuchodonosor rex q: scel᷒ in sctm̄ cōmissum vindicauit iustissime: quō vindicandū est a regib᷒ / ꝙ christi sacramēta exufflant᷑? Si ꝓphete mēbra q: in periculū missa sūt sic vindicari meruerunt: nō ergo vniuersaliter cause ecclesiastice: vt puta causa fidei ⁊ dei ad seculares ptātes nō ꝑtinēt. Sicut ⁊ defensio fidei nō ad solos clericos ꝑtinet ꝫ ad oēs fideles. Nō em̄ clericoꝝ est tm̄ deus: immo etiā deus est ⁊ laicoꝝ: sicut fides equa est laicoꝝ ⁊ clericoꝝ. Alioqn laici nec fidē defendere tenerent᷑: nec fidē ꝑsequentes opprimere. ¶ Item si iudex secularis sibi subditos pro crimine heresis (qđ ecclesiasticū est: q: immediate in deum ⁊ fidē catholicā) punire non posset: nec in causa illa eos iudicare: quō pater filiū ꝑ crimine heresis cohercere posset. Neq̄ etiā iudex laicus clericū ab ecclesia ꝑ heresi cōdemnatū ⁊ suo foro traditū iudicare posset. ¶ Neq̄ vt quidā dicere volunt: Judex secularis in tali casu est merus executor sentētie iudicis ecclesiastici. Quia sic nō posset ei infligere nisi penā ab ecclesiastico iudice taxatā. Qđ fallū est: q: punit eum ſm leges suas infligēdo penam mortis ꝑ seculares leges taxatā. Sicut ergo facit in clerico sue curie tradito: nō min᷒ facere pōt de laico heretico sibi a iudice ecclesiastico non tradito. Quia laicus nō minus est semꝑ de forō suo q̄ꝫ clericus priuilegijs clericalib᷒ exutus: ⁊ ꝑ hoc suo foro relictus. Et cōtra hanc solutionē nō militat canon Nicolai pape allegat᷒: neq̄ hti Stephani: q: imperator corrigēdo crimina queq̄ in suis subditis limites sue administratiōis nō exit: nec rebus diuinis aut ecclesiasticis ordinādis vel disponēdis: sed defendēdis ⁊ iniurias vindicandis se implicat. Sicut nec pater filium: aut maritus coniugē ꝑ talib᷒ emendādo in leges ecclesiasticas impingūt. ¶ R Ad quartā per idē dr ꝙ ad distinctas potestates spectāt cause distincte: non q̄tū ad oīa / ꝫ q̄tū ad aliqua. Nā eadē causa spectat ad diuersas potestates: vt sup̄ patuit de causa heresis: q̄ ꝑtinet ad iudiciū ecclesiasticū: q̄tum ad cognitionē qua aliqs iudicat᷑ heretic᷒ ſm communē ꝯsuetudinē: ⁊ tñ q̄tum ad punitionē exterminantē nō spectat ad ptātē ecclesiasticā: ꝫ dūtaxat secularē. ¶ Preterea distincte ptātes pñt de eadē causa iudicare. Sicut ptās ecclesiastice iudicat᷑ causas seculares ꝓpter negligētiam iudicū seculariū. Sic etiā ptās secularis facere posset in causa ecclīastica dū negligētia clericorū in graue ꝓiudiciū fidei vergeret. ¶ Ad q̄ntā: verū est qñ ꝑ se quis iudicat: ⁊ ꝑ alios veritatē discernere sufficiētes. Alioqn necesse foret papā esse peritissimū theologū ⁊ canonistā: immo ⁊ legistā: cū ad ipsū oēs cause in casu sunt referēde. Silr̄ ⁊ epi: cuius oppositū frequenter videm᷒. ¶ Itē pñt laici etiā esse vtriusq̄ iuris periti sicut clerici. Possunt denīq̄ vti iurisperitoꝝ cōsilio. Sicut in secularib᷒ iudicijs frequēter cōtingit: dū monetarij ac ceteri artifices contēdunt de aliquo suas artes cōtingente: quaꝝ periciā iudex ipse nō habet: ⁊ peritorū in illis artib᷒ cōsilio ⁊ dictamini acqēscere cogit. ¶ Qđ addit᷑ / ꝙ cōmissum est sacerdotib᷒ discernere inter leprā ⁊ nō leprā: verū est generaliter / ⁊ maxime in dubijs: qñ scꝫ dubitari potest de aliquo an sit pctm̄ vel ne. Dum ṽo manifestū est aetū aliquē esse pctm̄: nō solū sacerdotib᷒ / sed omī qñq̄ populo cōmissa est punitio / etiā respectu ei᷒ qui dormit in sinu suo. Ut habetur Deutro. xiij. Unde ⁊ si cognitio inter leprā et nō lepram gene-

raliter cõmissa sit solis sacerdotibꝫ: nõ tñ punitio
pctõꝝ iã cognitoꝝ solis clericis cõmissa est. Pa-
tet de heretico p clericos cõuicto. ¶ Per hoc eti
am ad tertiũ dr ꝙ cõtingit diuersos iudices in ea-
dẽ vel simili causa vti diuersis legibꝫ: ꝛ vnũ iudi-
cẽ obligari ad iudicandũ ſm aliqs leges: ſm qs
nõ tenet alius iudex iudicare: vt patet de vno iu-
dice in gallia: ꝛ de alio in germania. Sic ꝛ iudi-
ces ecclastici iudicãt legibꝫ suis ꝛ nõ imperialibꝫ
ꝛ seculares iudicãt ſm leges imperiales ac nõ ec-
clesiasticas: ꝛ hoc qñ leges sibi non sunt ꝯtrarie:
nec vna est alterius impeditiua/ sed simul se cõpa
tiunt. Et sicut crimina possunt puniri ſm leges
canonicas simul ꝛ ciuiles: sicut hereticus pcellit
ex cõicatione per canones: ꝛ simul vltimo suppli
cio p leges/ q̃ pene simul stant: sic icẽdiarius ec-
cleſiarũ. Sic pſbytericida: ꝛ de multis aliјs ita
põt iudicari ſm diuersas leges. ¶ S Ad vl-
timũ iã respõsum est. Nã esto ꝙ imparores chri-
stiani nõ haberẽt aliã potestatẽ q̃ȝ imparores gẽti
les quibꝫ successerũt: qȯ tamẽ verũ nõ est: qm̃ ad
aliqd tenet vt imparor christianus ad qȯ nõ tene
bat vt imparor successor gẽtilis. Tenet eñ nunc
regere imperiũ ſm legẽ christi: ad qȯ nõ tenebat
cesar Julius añ christi aduẽtũ. Sed posito ꝙ isti
nõ haberẽt aliã potestatẽ q̃ȝ illi patuit/ ꝙ illi ma-
gno zelo vindicauerũt deoꝝ suoꝝ iniurias: licet
in hoc peccauerũt ꝙ falsos deos p vero deo co-
luerũt. Spectabat aũt ad eos: non inquãtũ im-
paratores pagani: sed inq̃tũ imparatores huma-
ni colere deũ: ꝛ derelinquere idola: qꝛ homines.
Dis eñ hõ ait Grego. in moral. §. ij. eo ipo ꝙ hõ
suum intelligere debet auctorẽ: cui tanto magis
seruiat: quãto se de seipo nihil esse cognoscit. Ad
hoc data est lex: addita sunt pcepta: nõ solũ fide-
liũ siue sub lege viuentiũ: sed etiã eorũ q̃ sub lege
nõ fuerũt: id est gentiliũ legẽ scriptã hõ habẽtiũ.
Quia vo imparatores ꝛ reges spectabat ad eos ca
tholicos defendere: ꝛ idolatras ac blasphemos
punire. Licet errauerint ꝛ de facto ꝯtrariũ fece-
rint. Et ideo ad imparatores/ reges ꝛ pncipes qui
eis successerũt in pncipatu: spectat in sibi subdi
tis dei veri iniurias vindicare: ꝛ ita peccata puni
re. ¶ T Sed adhuc pro pleniori intellectu
solutionis pme rõnis replicat. Nam in tota scri
ptura nõ inuenit aliquẽ ordinarũ de ptãte cohær
cendi delinquẽtes/ nisi Matthei. xviij. Si pec-
cauerit in te frater tuus/ corripe eũ ꝛc. Ubi ad-
dit/ Et si nõ audierit/ dic eccłie. Si aũt ecclesiam
nõ audierit: sit tibi sicut ethnicus ꝛ publicanus.
Ergo apud eccłiam est ptãs cohercẽdi vel eius
platũ: ꝛ ita nõ apud laicos. Et huic inniti videt
ꝯstitutio innocen. de iudicijs. nouit. Ubi allegat
istũ textũ euãgelij: Si peccauerit in te frater tu9
ꝛc. Et subdit: Nõ eñ intẽdimus iudicare de feu-
do/ sed decernere de pctõ: cui9 ad nos ptinet sine
dubitatione cẽsura: quã in quẽlibet exercere pos-
sumus ꝛ debemus. Et sequit: Nullus q̃ sit sane
mẽtis ignorat: qn ad officiũ nrm̃ spectet de quo-

cũqꝫ mortali pctõ quẽlibet corrigere christianũ:
et si correctionẽ ꝯtẽpserit/ p districtionẽ ecclesia-
sticã cohercere. Cũ g̃ ois punitio fiat p mortali
crimine: vt plurimũ ergo punitio criminũ ad so-
los ptinet ecclesiasticos/ nõ ad iudices seclares.
Itẽ Apls. ij. Cor. vj. rephẽdit corinthios: pro
eo ꝙ litigabãt apud iudices seculares: ꝛ desere-
bant iudiciũ ecclesie q̃ debuit iudicare inter frẽm
et fratrẽ: etiã de secularibus/ dicẽs: Nescitis qm̃
angelos iudicabimus: Quanto magis secula-
ria ꝛc. Ergo de secularibꝫ spectat ad eccłiam iu-
dicare ꝛ p ꝯsequens p iudice ecclesiasticũ sunt cri-
minosi etiã pro criminibus secularibꝫ puniẽdi.
¶ V Ad istas replicas dicitur: Ad primã vno
mõ: ꝙ p illa vba saluatoris nõ tribuit aliq̃ pote-
stas iudicibꝫ ecclesiasticis plus q̃ȝ secularibꝫ. Nã
ibi nõ accipit ecclesia pro ecclesiasticis viris q̃ cle
rici appellant tm̃: sed pro cõgregatione fideliuꝫ
vniuersali vel pticulari: q̃ clericos ꝛ laicos cõpre
hẽdit. ¶ Dicitur eñ ꝙ in tota scriptura diuina
vtriusqꝫ testimonij nõ accipit nomẽ ecclesia spe-
cialiter p clericis: licet sic sepe in canonibꝫ acci-
piat. Uoluit ergo saluator/ ꝙ pctm̃ delinquẽtis
post secretã correptionẽ ꝛ testiũ adhibitionẽ vlti-
mo diceret alicui ꝯgregationi fideliũ clericorum
vel laicoꝝ: vel simul vtroruqꝫ: vt sic obiurgatio
plurimoꝝ eũ corrigat: vt q̃ nõ potuit pudore sal
uari/ saluaret opprobrijs: ꝛ vt rubore sequestrati-
onis emẽdet: sit tibi sicut ethnic9 ꝛ publican9: vt
dicit glo. intert. siml' ꝛ marginal. ¶ Et si dicis ec
clesie/ a plerisqꝫ exponit: id ẽ plato eccłie. Dico ꝙ
expositio ista nõ est cõtraria dictis: qꝛ plat9 eccłie
q̃libet est q̃ pficit ad regendũ fideles: idẽ siquidẽ
est platus ꝛ pſidens. Uñ mos nõnullarũ regionũ
habet officiales ꝛ ptãtes laicales: nominare ppo
sitos vel pſidẽtes: ꝛ ideo hec replica magis est ad
oppositũ. ¶ X Ad innocentiũ dicit vt sup in
solutione pme rõnis dictũ est: ꝙ ad eccłiam spe-
ctat duplex punitio seu correctio. Una est in fo-
ro penitẽtiali. Alia in foro ꝯtẽtioso. Prima per-
tinet ad iudicẽ ecclasticũ respectu cuiuscũqꝫ chri
stiani pro q̃cũqꝫ pctõ: ꝛ de illa loquit illa decreta
lis: Nouit ꝛ multe alie in eandẽ sententiã sonan
tes. Scda punitio seu correctio nõ spectat vni-
uersaliter/ ꝛ q̃tũ ad oẽm penã infligẽdã/ ad iudi-
cẽ ecclesiasticũ. Sic eñ tolleret ois potestas cor-
rigẽdi crimina seculari ptãte: qȯ est manifeste cõ-
tra scripturã sacrã Apli Ro. xiij. et alias sup alle-
gatas: etiã ꝯtra canonicas sanctiões. Nã. xxiij. q.
v. icestuosi dr Incestuosi parricide mlti apõ nos
repiunt: q̃ aliq̃ ex ill' noluẽt sacerdotũ admonitio-
nibꝫ aurẽ accõmodare: volẽtes in pstinis pdura-
re criminibꝫ: qs oportet p secularis potẽtie disci-
plinã a tã praua ꝯsuetudine coherceri: q̃ p saluti
fera sacerdotũ monita noluerũt reuerti. Et btus
Aug9 sup eplam Ro. c. q. sunt quedã. Sũt inqt
enorma flagicia q̃ poti9 p mũdi iudices q̃ȝ p anti
stites ꝛ rectores ecclesiarũ vindicant. Sicut ẽ cũ
qs interficit põtificẽ apostolicũ/ episcopũ/ presby

tes siue diaconum. Homi reos/reges et principes mundi damnant: quod sine causa gladium portant: quia talia scelera diiudicant. Sunt enim maxime contra iustitiam propter homicidas/raptores: vt etiam illos dannet et alios suo timore compescant. ¶ Ex quo videtur sed / quod illa crimina non sunt per iudicem ecclesiasticum puniēda. Neque enim licet fidelibus pueri iudicare imperatori: et laice potestati: fidelibus plus quam infidelibus: nec debent magis illis quam illis predicare/vsurpādo potestatē puniendi reos/qui sunt puniendi per eos/quam in negando eis censum. Cum dixerit dominus Matth. xxij. Reddite que sunt cesaris cesari. Nec voluit quod aliquis fidelis vsurparet sibi aliquā dignitatē temporalem in preiudicium imperatoris infidelis. In cuius signum noluit fieri rex: Ioā. vj. Ideo multo minus preiudicādū est prīcipi seculari fideli. Sic nec Innocentius voluit iurisdictiōem secularis potestatis minuere vel turbare: vt in prīcipio. eo. c. dicit: Licet sibi conueniat de quolibet mortali iudicare in foro penitentiali: nō in foro contētioso de seculari: nisi in casu quod scilicet peccans esset de iurisdictione temporali ecclesie: aut quo potestas secularis esset negligēs in corrigendo: aut dum peccatum quidem notum est: persona vero ignota. Quō quandoque excōmunicat quisque cōmisit furtum: licet fur ignoret. Et alijs casibus ad hoc reducibilibus: vt supra dictum est. ¶ Y Ad auctoritatē beati Pauli. j. ad Cor. vj. dicit quod Apostolus prohibet fideles causas contra alios fideles agere coram infidelibus iudicibus: nō corā secularibus fidelibus. Nec quam tamen intendit prohibere corinthios in omni casu apud infideles iudicari: neque quod soli fideles debēt secularia iudicare. Sic enim tam verbis quam factis eēt sibi metipsi contrarius. Sed illos solūmodo reprehendit: qui indiscrete maliciose et cū scādalo apud infideles et iniquos iudicari volebant. Nec facit ad propositū: quia nō reprehēdit iudiciū seculariū/sed infideliū. Vnde dicit: Secularia iudicia si habetis contēptibiles qui sunt in ecclesia illos constituite ad iudicādū. Cōtēptibiles illos nō estimo clericos fuisse: quia altiorē laicis gradū in ecclesia sortiunt. Hanc materiā late et profunde prosequitur venerabilis Guil. Ockā in suo dyal. li. vj. primis prime. et secunde. iij. trac. ij. li. ij. Et tāctum de illa materia.

Lectio. LXXVI. A

O Stenso quō iniuriantibus nobis dimittenda sunt debita: vt nostra quoque nobis a deo dimittātur: restat aliqua dubia breuiter dissoluenda. ¶ Primū: vtrum offensus teneatur offendenti exteriores dilectōis effectus et signa exhiberere. Et videtur quod sic: nam offensus tenetur offendentē diligere: vt supra dictū est. Sed dilectio vera nō est sine opere: secundum illud beati Greg. in ome. iij. Amor dei ociosus esse nō potest: magna enim operatur si est: aut si operari desinit/amor nō est. Unde probatio dilectōis exhibitio est operis. ¶ Item nullus debet esse simulatā di

Agnus dei qui tollis peccata mundi miserere nobis. Agnus dei q̄ tol/lis peccata mundi dona nobis pacē. ¶ R Hec est particula secunda: in qua suppliciter oratur: vt pax per sacerdotē optata effectum in cōicantu/ris sortiatur. Quia enī pacem hanc sine peccato rum remissione nemo consequitur: dei misericordia qua pctā remittuntur suppliciter postulatur: tanq̄ neces/sario preueniens pace perfectam q̄ vltimo exprimitur. Qd etiā ex eo patet/q2 christus saluator nr̄ post/q̄ post suā resurrectionē aplis pacē restauratam nunciās/ dixerat: Pax vobis. insufflauit z dans eis potestatē remittēdi pctā/dicēs: Accipite spiri/tumsanctū quorū remiseritis pctā remittuntur eis. Significans sine pctōꝝ remissione nō consta/re pacē pectoris: q̄ amissa nec erit pax tpis: nec ex/pectatur pax eternitatis. ¶ Petunt ḡ in hac orati/one tria ab agno dei christo: duo paci preuia: que sunt misericordia dei i pcti remissione. Itē misericordia dei in grē largitione: z tertio pax ipsa q̄ est bonū finale oim desiderioꝝ ipletiua. Ex illo pꝫ diuisio hui9 oratiūcule. ¶ Clamat ḡ sacerdos cū pplo ad me/diatorē christū statim in eucharistia sumendum. Agnus dei zc̄. In q̄ oratione christus vnic9 pris filius tripliciter cōmēdatur. Primo de puritate in nocētie naturalis: q2 agnus dei. vn̄ Ambro. Si agn9/ḡ innocēs. Scdo de benignitate venie sa/lutaris ibi: Qui tollis pctā mundi. Benigne scꝫ paterne z salubriter. Tertio de affectuositate mi/sericordie liberalis/ibi: Miserere nob. ¶ Quan/tū ad pmū christ9 dr̄ agnus/nō fm rei ꝓprietatem q2 agnus ver9 aial est fragile/ stolidum lacte ma/tris indigens: q̄ christo deo oipotēti: in quo habi/tat plenitudo diuinitatis/z thesauri sapie z sciē/tie dei sunt abscōditi minime noscuntur cōpetere. Di/citur igitur agn9 fm metaphorā z simbolice ac trās/sumptiue: sicut dr̄ petra/leo/lapis angularis/sol/ pastor/ostiū: q̄ oia dr̄ nō fm ꝓprietatē/ sed scati/ue ꝑ similitudinē: hoc est ꝑ ista velut ꝑ signa q̄dā si/gnificatur. Sic declarat b. Aug9 sup Job. dicēs: Petra nō est/q2 durus z sine sensu nō est: nec bo/stiū est: q2 non eū faber fecit: nec lapis angularis: q2 non est a structore cōpositus: nec pastor est: q2 custos ouiū q̄drupediū nō est. Oia igitur ista ꝑ simi/tudinē christo attribuuntur. Dr̄ igitur agn9 ꝑ similitu/dinē/ad qd signandū additur hic/ dei: q̄ tollis zc̄. q̄ nō ꝯueniūt agno ꝟo reali. Dr̄ aūt agn9 (vt dicit Alex.) ab agnon qd grece sonat piū: eo ꝙ agnus aial piū sit z mansuetū. Uel dr̄ latine ab agnoscē/do/eo ꝙ agnus in multo grege matrem suam so/lo balatu agnoscat. Scdm hoc christus similitu/dinarie agnus dicitur/ ꝓpter pietatem ad igno/scendum/z mansuetudinem ad patiendū. Piissi/mus siquidē est ad ignoscendū: qm̄ pro suis cru/cifixoribus patrē exorauit dicens: Ignosce illis pater/q2 nesciūt quid faciūt. Mansuetissim9 fu/it ad passionē/dum iuxta vaticiniū Esa. liij. Qua/si ouis ductus est ad occisionē: nō aperiēs os su/um. Rursus agn9 est ꝓpter ipsius simplicitatem/ innocentiā z sincerā cognitionem. Simplex fuit christus: q2 pctm̄ non fecit: nec inuētus est dolus in ore eius. 1. Pet. 2. Cognouit matrē suā in vita sibi tanq̄ agnellus matri obediēdo. Erat enī subdit9 illis: Luc. 2. ioseph scꝫ z matri. Cognouit eā in morte sua: eā discipulo quē diligebat cōmendādo: vn̄ pendens in cruce inq̄t ad discipulū: Ecce mater tua. Co/gnouit eā resurgēs: primo omniū se sibi manife/stando: vt dicit Ambro. Cognouit eā post spiri/tussancti missionē: eā ad eternā pacē deducēdo: z ad suā dexterā collocādo/ dicens: Ueni de liba/no: veni coronaberis. Canti. iiij. ¶ L Oram9 igitur: O agnus dei/q̄ preuisus es occidi ab origi/ne mūdi in eternitate. Ductus ad mortem quasi agnus mansuetus ductus ad victimā. Macta/tus in crucis ara/ obmutescēs quasi ouis coram tondente. Qui tollis peccata mūdi: auctoritati/ue ꝑ tuā potentiā/ cui nihil potest obsistere. Dis/positiue ꝑ tuā ineffabilē sapiētiā/ q̄ ab eterno dis/posuisti mundū redimere. Executiue per tuā in/finitā misericordiam/ q̄ nasci dignatus es de virgine z mortē spōte suscipere. Miserere nobis/ tuis fi/delib9 per tuā potētiā auferēdo peccati maculā. Miserere nobis errātibus ꝑ tuā sapiētiā redu/cendo ad rectitudinis normā. Miserere nob in/digentib9/tuā gratiā largiēdo per tuā misericordiam. ¶ Iteramus aūt hanc orōnem/vt ex perseueran/tia orādi celerius exaudiamur repetētes iterum. O agnus dei/qui secutus matrē in diuersorio: se/cutus eā fugientē in egyptū: eius balatū audiēs te querentē in templo. Qui tollis peccata mun/di/ contracta per originem ex primoꝝ parentum trāsgressione: per institutionē baptismi sacramē/toꝝ ianue: pctā cōtra te cōmissa/ a praua nr̄a vo/luntate: mortalis scꝫ per institutionē sacramenti pnie/pctā nos impediētia/ in feruida dilectione/ ex nr̄a fragilitate: q̄ sunt venialia / ꝑ institutionē sacrosctē eucharistie. Misere no. ad te cōfugien/tib9/ ꝯcedēdo pctōꝝ veniā: ꝓseruādo a lapsu i pec/catoꝝ foueā: dādo in bono ꝑseuerātiā. ¶ Repli/camus z ter orātes. Agnus dei iesu bone/ q̄ nos redemisti sanguine tuo immaculato: q̄ victorio/se resurrexisti de clauso monumēto: q̄ vt lucerna lucens: gl'iosus resides in pr̄is regno. Qui tollis pctā mūdi penas nr̄is pctis debitas patientissi/me exoluēdo: patriarchas z ꝓphetas de māsione penarū victoriosissime educendo. Regnū celoꝝ nr̄is pctis obseratū aperiēdo. Dona nobis pacē vt sine noxia ꝑturbatione pertrāseamus cōcessa nobis tpa: vt puri z sereni in nostra cōsciētia/ tan/

Apoc. 13. Hiere. 11. Esa. 53.

deniq securi tecū viuamus in celesti patria. ¶ Uel breuiter correspondenter ad pdictā textus continuationē: [Agnus dei] innocēs/ [qui tollis peccata mūdi] ipso sanguinis tui effusione delendo [miserere nobis:] peccati reatū simul z penā relaxando. [Agnus dei/] patrē per obedientiā agnoscēs [qui tollis peccata mūdi] ipsum patri recōciliando: [miserere nobis/] gratiā sine qua regni exteriores pscribunt largiēdo: [Agnus dei/] agnoscēs pditū hoiem: fm illō Joh. x. Agnosco meas z cognoscūt me mee: [qui tollis peccata mundi] a dānatione perpetua redimendo: [dona nobis pacem] ab omnibꝰ desideratā eternis bonis opulentam. ¶ Instituit autē Sergius papa hāc orationē sicut z priorem: vt dū sacerdos procedit ad imolandū z sumendū verū z naturale corpꝰ christi/ vt pfiteamur nos huiꝰ immaculati agni carnem sumere in altaris sacramēto: qui se spōte pro nobis obtulit in crucis patibulo. Hinc z obsecramus vt nostri miserearis in hoc sacramētali immolatione. qui prius misertus es nobis in personali tua in ara crucis oblatione. Et fm antiquā ecclesie obseruationē ac primeuā institutionē ter dicebatur Miserere nobis: quod z hodie dicitur in ecclesia sancti Joānis in laudano/ al's lateranēsi: vt refert Albertus z in capella pape: vt dicit Durādus in rōnali. ¶ Et z ter dicit fm Alber. vt auferat a nobis triplex malū: scz perpetratum qd dolebamus cōmissum: tentatum/ qd timebamus cōmittendū: z subordinatū ad meritū impediendū. Uel fm alios dr ter pter triplicis peccati remotionē quā petimus: Originalis/ mortalis/ venialis. Uel pter peccatum cogitationis in mente: locutionis in ore: actionis in ope. Uel ad designandū q propter tria venit ille agnus dei in mūdū: scz vt nos liberaret ab onere culpe: vt nos quietaret a miseria pene: vt nob remoueret rumpheam a ianua vite. ¶ Postmodū tamen irruentibus varijs persecucionibus/ z erroribus pestiferis in ecclesia inualescētibꝰ ceperūt multe ecclesie particulares sine statuto eclesie generalis aut summi pōtificis petere in vltimo Agnus dei dona nobis pacē: vt sedatis nimijs tribulationibꝰ/ pacifica z fideli gubernatione fruerentur. Et ita adhuc dicit bis/ miserere nobis: propter duplex malū: culpe scz z pene: quo non nisi per misericordiā agni dei liberamur. vñ Ps. Misericordia tua pueniet me a petō pseruando ne incidamus. Et misericordia tua subsequet me/ a pena post cōmissum liberando: ¶ N In missa p defunctis nō dr miserere nobis: nec dona nobis pacē: cuius rationē quidā assignāt: qz defuncti exierūt statū meriti/ ea propter neq possunt mereri neq demereri: neq per pꝛiū meritū tunc elicitū a penis liberari. Neq optat eis pax: qz de pace eterna adipiscenda sunt securi: neq ab exterioribꝰ mūdi persecutionibꝰ possunt turbari. Uerū cū in missa sacrificiū offert pro viuis z defunctis: z misericordia dei necessaria est defunctis in purgatorio: z si nō ad remissionē culpe/ tamē ad remissionē pene: licet illā p ppriū meritū assequi nō possunt: ideo non videt quin etiā ad eos apte referri possit miserere nobis/ z dona nobis pacē. Ideo Alexāder aliā assignat rōnem: illā scz/ qz in missa pro defunctis specialiter celebrat: vt defunctis requies impetret: ideo dicit/ dona eis requiem; quia eis fructus misse specialiter applicat pro requie a penis impetranda. ¶ Addit autem cōmuniter in ecclesijs ad tertiū agnus sempiternā: z non in primis duobus: ad designandū q eis requiem impetramus triplicis afflictiōis: scz a pena ardoris: a corporalibus tenebris: ab afflictione expectationis ac dilationis perpetue beatitudinis: afflictio aūt pene ardoris similiter z tenebraꝝ est temporalis: beatitudo cuiꝰ expectatio sperata est animi afflictiua est eterna: z ideo in tertio Agnus addit eternam. ¶ Uel etiā ideo ter dicit requiem: qz optat animabꝰ triplex requies: Una ab afflictiōe pene: alia beatificationis anime: tertia glorificationis vtriusq. Et qz tertia sequit primā z secundā: tertiam ꝟo nulla alia sequit: ideo in tertio additur eternā. Prime due requies si cū precisione intelligunt vt excludant tertiā sunt tpales: tertia sola eterna. ¶ Alie ecclesie attendētes/ q de nulla trium requierū contingit regredi ad inquietudinē: z p hoc eterne: licet nō cū precisione ad quodlibet agnus addūt eternam: quasi dicerent: Dona eis requiē eternam ab afflictione: vt cesset eternaliter ois afflictio ardoris tenebrarū z dilationis. Iterū dona eis requiem eternā/ ab omni miseria anie per collationē beatitudinis. Iterū da eis requiē sempiternā p collationē glorie ppetue: tollentis miseriā vtriusq carnis z aie. Et hūc modū tenet ecclesia Moguntineñ. ¶ Si queritur/ quare magis dicit agnus dei/ q̄ Jesu christe: vel aliquo alio mō. Rñdet Alexā. q hoc fit ꝯuenienter: tum pter veritatis repsentationē q̄ in lege figurabat in immolatione agni typici. Tum pter veritatis pnunciationē que facta est phetice Esa. xvj. Emitte agnū dominatorē de petra deserti ad mōtem filie syon. Exo.12 Tum pter veri agni ostensionem digito pcursoris dicentis: Ecce agnus dei: ecce q̄ tollit peccata mūdi. Quia cū in hoc sacro repsentat immolatio veri agni q̄ fuit per agnū in lege figurata: sub noie agni a prophetis pnunciata sub agni vocabulo a Joāne demōstrata/ cōuenienter ad hoꝝ rememorationē z fidei testificationē dirigitur oratio ad christū sub noie agni. Sub q̄ eū totupliciter nouimus figuraliter/ phetice/ z manifeste expressum ac demonstratum.

**Domine Jesu christe qui** dixisti apostolis tuis: Pacem meā do vobis: pacem meā relinq vobis: ne respicias peccata mea/ sed fidem ecclesie tue. Eāq fm volūtatem tuam pacificare z coadunare digneris. Qui viuis z regnas cū patre in vnitate spiritussancti deus: Per omnia secula seculoꝝ: Amen.

R

¶ O Particula tertia in qua postq̄ sacerdos cū populo: vt pacis optatio effectum sortiaꝛ orauit suppliciter: nūc oratione ipsam p pace factam magis specificat z explanat ꝑticulariter. Specificat enī effectus z finē ꝓpter quem pro pace orauit suppliciter. In qua oratione beniuolentiā primo captat eius qui oraꝛ: ex eo φ ipse est qui pacē suis tribuit. Secūdo ibi: Ne respicias. Impedimentū exauditionis remouet. Tertio ibi: Eāqꝫ ſm: petitionē suā fundit. ¶ Quo ad primū dicitꝛ: [Dne Jesu christe] saluator benignissime. [Qui dixisti] ex hoc mūdo per passionem migraturus [apostolis tuis/] a te vocatis ad fidei cognitionē a te missis ad fidei ꝑdicationē ꝓ te passis ad fidei corroborationē: [pacem meā do vobis/] pacem meā verā z salutificam/ne essent de illis qui loquūtur pacē cum proximo suo: mala aūt in cordibus eoꝝ. [Pacem relinquo vobis:] vt in pace firmiter permanerēt/ne mūdi pressi miserijs territi declinarent aut illecti blandicijs vt incrassati recalcitrarēt. Uel ſm Augu. sup Job. Qui dixisti apostolis tuis: Pacē meā relinquo vobis/ad patrē iturus: pacē meā do vobis/in fine venturus. Pacem meā relinq̄ vobis in hoc seculo: pacē meā do vob in futuro seculo: pacē meā relinq̄ vob in q̄ manentes hostē potestis deuincere. Pacē meam do vobis/vt perpetuo possitis sine hoste regnare: pacem meā relinquo vobis: vt inuicē diligatis: pacem meam do vobis/ vt nunq̄ dissentire possitis ¶ Deinde impedimenta remouet sez peccata propria/dicens: [Ne respicias peccata mea] sez personalia quib⁹ offendi tuā altissimā maiestatē/ q̄ indign⁹ sum ad pacē ecclesie impetrandā ad corpus tuum sacratissimū deo patri offerendū: z ad peccatores eidem reconciliandū. [Sed fidem ecclesie tue] benignus respice: in qua eā tibi in sponsam (ꝓpheta Ozea teste) desponsasti. Ozee. ij. In qua eā lauacro aque in verbo vite: vt Aplus ait ad Ephe. v. Sanctificasti/ in qua eū ne defecerit (vt Lucas ait. c. xxij.) confirmasti/ecclesie tue sponse tibi grate: sponse sine macula z crimine: sponse ſm sui partē vnam te amplexantē in patria beatifice. ¶ Sequitur petitio: [Eamqꝫ] ſm sui alterā partē adhuc in valle lachrymaꝝ peregrinantem varias persecutiones ab infidelib⁹ z hereticis sustinentē: in tuo tamen semꝑ auxilio respirantem. [Pacificare] ab infidelib⁹ ꝑfidis: [z coadunare] in fidei z charitat⁹ vinculis: [digneris] tu domine Jesu christe ſm tuā volūtatem ꝑissimā: ex qua in ipsa dignat⁹ es carnē fragilē assumere ſm tuam volūtatem amorosissimā: ex qua dignatus es pro ipsa mortē tolerare ſm voluntatē tuā magnificentissimā: qua dignatus es teipsum in cibū sub hac sacramētali specie cōdonare: per cuiqꝫ tātā per viaticū vt te in celum ascendentē sequi valeat roborare. Addunt aliqui: Custodire a maculis z vitijs. Regere/in ꝓsperis z aduersis: sed ordo romanus nō habet. Quatinus in bonis pacificata: z in malis custodita: in charitate coaduna ta: in tue fortisqꝫ a te recta/tanti cōmunione eulogij habeatur digna. [Qui viuis] potēter: [et regnas] sapienter/ [cum patre] tibi cōsubstantiali z coeterno/ [in vnitate spūssancti] qui nexus est amorosus [deus:] in essentia vnus/in ꝑsonis trinus. [Per omnia secula seculorum] eternaliter. [Amen] id est fiat. ¶ Et notandum φ hec oratio non dicitur/cum legitur officium pro defunctis. Quia illi leges mundi trāsierūt z requiescunt cū signo fidei: z dormiūt in somno pacis. Unde nec possunt ab infidelibus infestari: nec peccatis amplius irritari: nec extolli in prosperis: nec frangi in aduersis: quemadmodū nos qui adhuc mūdi legibus gubernamur. Ideoqꝫ nō illi egent custodia z regimine: sed nec exteriori pace ab aduersariorū impugnatione/ quē in oratiōe ꝑsenti attentius postulam⁹. ¶ P Et nota φ sub hac oratione sacerdos osculaꝛ altare vel calicem/vel corpus dn̄i: vt dicit Albertus. Uel ſm ritum quorūdam ecclesiaꝝ: primo osculatur altare: secundo librum: et tertio diaconū siue ministrum: aut loco tertij osculi imaginē vel tabulā sibi per ministrū porrectam. Ad cuius mysterij intellectū ꝑmitto φ in scriptura inuenitur sextuplex osculū: scilicet

Osculum
- Unionis
- Amoris
- Reuerentie z honoris
- Reconciliationis z pacis
- Impie proditionis
- Lasciuie z procacitatis.

¶ De primo dicitꝛ Cant. j. Osculetur me osculo oris sui: vbi ad litteram loquitur de vnione verbi cum natura humana. De secundo dicitur Genesis. xxvij. Accede z da mihi osculum fili mi: Ait Isaac ad filium suum Jacob. De tertio scꝫ osculo reuerentie dicitur Luc. vij. Osculum mihi nō dedisti. Hec autem ex quo intrauit non cessauit osculari pedes meos. De quarto osculo pacis. j. ad Thessaloñ. vltimo. Salutate fratres omnes in osculo sancto. De quinto proditionis Matthei. xxvj. Quemcunqꝫ osculatus fuero ipse est tenete eum: dixit Judas dans signum turbis sue proditionis. De sexto lasciuie z procacitatis dicitur Prouerbio. vij. de muliere vaga z iuuene vecordi: Apprehensum deo osculatur iuuenē/ z procaci vultu blanditur. Hic autem tantū de osculo vnionis/reconciliationis z pacis dicenda intelligantur. Hec namqꝫ vnio pacis z charitatis esse debet membrorū ecclesie ad caput z adinuicem. Ideoqꝫ in principio nascentis ecclesie fideles se salutantes/ sibi oscula impressere: quod vsqꝫ hodie in quibusdam regionibus approbat consuetudo. Hinc Paulus ait: Salutate vos in osculo sancto vbi supra: z in vtraqꝫ epistola ad Corinth. vltimo. ¶ Q Est autem ſm predicta pax triplex hominis: scilicet ad deum/ ad seipsum/ z ad proximum. Pacem ad deum perdidimus/ dum per peccatum longe a deo z a regno celesti fuimus separati: vt Esaias loquitur: ac gehennali discor-

die z turbulentissime confusioni obnoxiū teneba mur. Quā pacē dñs sua morte z sanguinis effusione restaurauit. ad Col. j. Cōplacuit ꝑ eū recōciliari oia in ipo pacificās ꝑ sanguinē crucis eius siue que in terris/siue q̄ in celis sunt. Qua christi mors z passio in isto sacrificio repsentat: z quātū ad fructum eius z effectū renouat. Pacem ad se ipsum vnusq̄sq3 amittit/dū repulsa gratia z spū pacis ꝑ pctm̄ cōsciētie sue simul ꝑturbat. Quā gratiā z ꝑ gratiā pacē internā eucharistia que in missa cōficit digne sumpta restituit: qz ibi gratiarum auctor fons z originis plenitudo manducatur: inde z nomē obtinuit/eucharistia: id ē bona gratia. Pacem ad proximum nō habet quisquis proximi bonis per inuidiā torquet: aut iniuria letatur/nec illatā sibi iniuriā remittit: nec eius quā ipse irrogauit veniā petit. Hec pax fidelibus restituit/dū fideles vnius panis z calicis participatione sibi in dño vniunt. Vel si magis placet/pax illa huius sacramēti cōmunioni ꝑrequiritur: ſm illud Mat. v. Si offers munus tuū ad altare: z ibi recordatus fueris qz frater tuus habet aliq̄d aduersum te/relinque ibi munus tuū ante altare z vade prius reconciliare fratri tuo: z tunc veniens offeres munus tuū. Verū z si pax hec vel illa porrigitur/tamē ꝑ sacramēti cōmunionē firmius stabilit. Unde de cōse. dist. ij. Hoc sacramētum dicit: Hoc sacramentū pietatis est signum vnitatis/vinculū charitatis. Qui vult viuere accedat z credat/z incorporet huc cibū z potum. ¶ R Hāc itaq3 pacē cū sacerdos populo optauerat/dicēs: Pax dñi sit semꝑ vobiscū. Interposito agnꝰ dei/quo similiter hac pace pari a dño deprecatur orans: miserere nobis pctā remittendo: vt reparetur pax interna. Iterū miserere nobis amissam charitatē restituendo vt renouet pax eterna. Cōcludit: Dona nobis pacē: summā z principalē/q̄ est eterna. Et hec quasi expressius orando subdit orationē: Dñe Jesu christe qui dixisti zc̄. In q̄ cōmemorans pacis auctorem christū discipulis pacē dedisse. Hancq3 ecclesie sue velut speciale signū sue familie z caracterē reliquisse/ suppliciter pro hac triplici pace deprecatur exp̄ssius/verbo scz et signo. Verbo z pace pectoris/ cū dicit: Ne respicias pctā mea. Pro pace beatitudinis que est pax ꝑfecta cū deo/ cū subdit: Eāq3 ſm voluntatē tuā pacificare. Pacis eīm nomē seorsum positum pro principaliore pace (q̄ est cū deo in beatitudine) cōgrue accipit. Pro pace tēporis dū addit: Regere z coadunare digneris. Hec eīm pax tēporis quatenus bona est ex diuino regimie z vnione corporū in christo rectore resultat. Signo/dū osculum pacis signum ter imprimit. Primo altari quod christū significat: deinde libro q̄d ꝯscientiā ꝑnotat: ſm illud Daniel. ij. Libri aperti sunt. Libri cōscientiaꝝ: ſm Glosam ibidem. vij. Diacono vt similiter offerat populo/ quo signo se z populum hanc pacem petere z desiderare manifestat. Hoc ipsum populum per osculū approbat z ꝑtestatur.

Osculando eīm exteriori signo manifestat se hanc triplicē pacem/z desiderare: z iam in ꝑposito habere: z vt roboret hoc pacis sacramento toto corde concupiscere. Nam vnico osculo quo proximū vel tabulā crucifixi imaginem cōtinentē de altari sumptam osculatur (osculatur imaginem dei) vel viuā vel in imagine pictam/ pacem cū deo reformari: z velut renouata antiqua pactione in eā se cōsentire ostendit. Cōsciētie quoq3 sue pacem per ꝑpositi sctī renouationē seruare se significat. Neq3 eīm labia osculari pñt imaginē nisi sese primo osculet. Cū primo q3 quē osculat vel q̄ candē imaginē osculat/concordiā ꝑ rancoris depositionē/passe iniurie remissionē/illate offense reconciliationē/ꝑfessiōe publica manifestat. ¶ Et qm̄ sacramentū illud nō sanctificādo vnit christo nobis z ecclesie: propter quod cōtinuo dr. Ideo pro quadā ꝑparatione cordis ad dignā eius tam sacramentalē q̄3 spiritualē participationē/osculum cōmunioni premittit: quo prius nos deo nobis z proximo pacificari affectamus: ſm ꝑdictū christi preceptum: Si offers munus tuū ad altare zc̄.

¶ S Nec dubium quin ad huius pacis consecutionē quā hic cōmunio ꝑfecte tribuit deuota osculatio multū cōferat/ z gratiā obtineat: sicut vniuersa alia que ſm ecclesie ritū/ ecclesie filij deuotione debita exequunt. Et licet olim z hodie in plerisq3 locis/ fideles sibi mutuo pacis osculum sibi a sacerdote per ministrū porrectū imprimant. Ne tamē sub specie boni aliquid carnalitatis diabolico afflatu subintret honestiore cautela tabula christi imaginē aut sanctoꝝ reliquias cōtinēs offertur singulis osculanda. Unde manifestum est q̄ quicūq3 hoc sanctum osculum spernit/ se demōstrat esse separatū alienūq3 tam ab ecclesia q̄3 a christo. ¶ Hoc tm̄ diligentius cauendū nedum pacis signum ore ꝑferimus a pace mentis longe sit animus: z dum foris pacē simulamus/intus proditionis osculo dominū cum iuda tradamus. De quo beatus Chrisostomus super Mattheū: Osculum pacis porrigere tēpore quo sacramenta celebrantur in vsu ecclesie est. Sed vereor ne plures ex vobis labijs tantū pacem faciant: cum tamen christus non ore sed corde velit proximum salutari. De hoc pacis osculo mentio fit per Innocentiū papam de consecra. dist. ij. Pacem. vbi Glosa reddit causam/cur in defunctorum officio pacis osculum nō datur: que supra tacta est. Similiter quare monachis nō datur: quia illi mūdo mortui sunt/ deo viuunt: vt dicitur. xvj. q. j. Placuit cōmuni. ¶ De hoc pacis osculo magister in Rationali ait: Osculatur se populus recepto osculo a ministro sacerdotis: vt se cōiunctos esse profiteantur in vnitate fidei per christū in ara crucis immolatum: cuius immolationis memoria per sumptionem sacramenti ad quā sacerdos accedit celebratur. Aut vt gratuletur se gratiam per corporis christi immolationē cuius memoria peragitur maxime per manducationem hostie re-

cepisse. ¶ Est et alia ratio huius osculationis. Pro quo aduertendum quod in primitiua ecclesia: cum adhuc magna erat fidelium deuotio / propter vicinitatem passionis christi / statuit Anacletus papa vt singuli peracta consecratione corpus christi manducarent: vt de consecra. distin. j. Episcopus. et dist. ij. Peracta. Postquam vero tepescente deuotione / inductum fuit vt saltem singulis diebus dominicis communicarent. Ad quod Augustinus hortatur: vt in ca. Quotidie. de consecra. dist. ij. Processu vero temporis magis frigescente charitate sancitum est: vt saltem ter in anno: in Pascha: in Penthecoste: et Natali domini communicarent: per papam Fabianum: vt in ca. Et si non frequentius. Extincto autem pene in fidelibus charitatis feruore: in his nouissimis temporibus preceptum est in concilio lateranensi / quod ad minus semel in anno quilibet fidelis discretionis annos habens / scilicet in pascha communicet: vt in ca. Omnis: de penitentijs et remis. Porrexit igitur in primitiua ecclesia sacerdos osculum pacis ministro ceteris impartiendum: vt per hoc significaret quod tunc communicaturi omnem rancorem et cordis amaritudinem contra quoscumque deberent extinguere: et se mutuo vinculo pacis vnire / qui mutuo proponebant christum pacis donatorem manducare. Hodie vero id in capella pape et quibusdam ecclesijs osculum continuari cernitur: vt qui tunc sacramentum non participant sacramentaliter: saltem in vna fide sacramenti se communicare ostendant spiritualiter. Tepiditati ergo nostre hoc inuentum est remedium: vt ait Innocentius: vt omni die osculum daretur pacis pro mysterio vnitatis. Quod cum sacerdos ministro porrigit populis offerendum / dicit: T

**Pax tecum:** quam osculo pacis signo representato fit quia me osculum quasi pacis signum accipis. Ad quam vocem respondet minister: Et cum spiritu tuo: sit pax christi vera. ¶ Sequentem orationem quidam non legunt: Quidam vero eam legunt: ideo eam exponere placuit. Dicit itaque rursus sacerdos:

**Habete vinculum pacis**

et charitatis. Quia pax oritur ex vinculo charitatis: et accipitur ab illo: ad Ephe. iiij. Solliciti seruare vnitatem spiritus in vinculo pacis.

**Vt apti sitis** per pacem et charitatem.

**Sacrosanctis mysterijs**

christi. Quia nemo his dignus esse potest nisi per charitatem. Unde Cant. v. Comedite amici et bibite et inebriamini charissimi. ¶ Rursus dicit secundum morem aliquorum:

**Pax christi**

Qui hic sumitur et est auctor pacis: ad Ephe. ij. Ipse est pax nostra qui facit vtraque vnum / medium inimicitie parietem soluens in carne sua: vt duos condat in semetipso: populos iudeorum scilicet et gentilium ambos reconcilians / et faciens pacem.

**Et ecclesie** Sicut eius cui data est pax per christum / qui veniens euangelizauit pacem his qui longe / et his qui prope. Longe fuerunt gentiles idolatre. Prope iudei vnius dei cultores.

**Abundet in cordibus vestris.** Quia pax illa non temporis est tantum: sed cordis. In quo abundant / dum vsque ad inimicos se extendit de facili quidem vsque ad amicum geritur. Sed vt ad inimicum profluat necesse est vt in corde abundet. Ps. Fiat pax in virtute tua: et abundantia in turribus tuis. Uel abundet vt vsque in finem in cordibus vestris perseueret: vt tunc veniat super vos pax super pacem: pax scilicet eternitatis super pacem cordis. Uel abundet in cordibus vestris: vt vite influxum a spiritusancto recipere sint idonea. Sicut enim spiritus humanus non viuificat membra nisi fuerint vnita: ita nec spiritussanctus viuificat ecclesie membra nisi in pace fuerint copulata: secundum beatum Augustinum in de ciui. dei: quem copule nexum necesse est: vt spiritussanctus qui nexus est patris et filij retribuat. Ideo sequitur:

**Per spiritumsanctum qui** datus est nobis. Unde apostolus ad Roma. v. Charitas dei diffusa est in cordibus nostris / per spiritumsanctum qui datus est nobis. Unde per columbam significatur / cuius est osculum columbinum: que cum signo pacis ramo virentis oliue reuersa est ad arcam: hoc est ad ecclesiam.

## Lectio LXXXII A

**Domine Jesu christe** fili dei viui: qui ex voluntate patris cooperante spiritusancto per mortem tuam mundum viuificasti. Libera me per hoc sacrosanctum corpus et sanguinem tuum ab omnibus iniquitatibus meis et vniuersis malis: et fac me tuis semper obedire mandatis: et a te nunquam separari permittas. Qui cum deo patre in vnitate eiusdem spiritussancti viuis et regnas deus: Per omnia secula seculorum. Amen.

¶ Hec est pars tertia principalis participationis communionis: in qua post aptationem sacramenti ad suam participationem per sui diuisionem: postque communicantium vnionem per pacis triplicis impetrationem procedit sacerdos ad principalissime in sacro misse officio intentum tremendi videlicet sacrificij sumptionem. Et quia ipsa sumptio vita bonis est: mors malis: vt tactum est supra lec. vij. et viij. sacerdos in periculo grandi indigne sumptionis se constitutum aduertens: non immerito contremiscit: ne quod optimum est / et ad pariendum vite fructum institutum / ex propria sui indispositione fiat sibi cibus ad mortem. Contremuit sanctissimus precursor domini

prius sanctus/q̃ natus tangere sctm̃ dei verticẽ
Cur nõ contremisceret miser pctõr sumptur⁹ eũ-
dem suũ ꝛ vniuersitatis iudicẽ/memoria tenens
aplice cõminatõnis tonitruũ: Quicũq; mãduca
uerit panem ꝛ biberit calicẽ dñi indigne/re⁹ erit
corpis ꝛ sanguinis dñi. Qui em̃ mãducat ꝛ bibit
indigne/iudicium sibi manducat ꝛ bibit: nõ di-
iudicãs corpus dñi. Et iuxta eiusdẽ apli cõsiliũ:
Probans semetipm̃/ꝛ nõ inueniens ex se vñ tã-
to mysterio dign⁹ habeat̃ ad ip̃m deũ pietatis ꝛ
miscdie/fontẽ se cõuertit: ꝛ p̃ter p̃missas orõẽs
generales/p̃cibus magis ꝓprie ad rem pertinen
tibus/sui dignificatõem a domino nititur impe
trare: quatenus sibi ꝛ ceteris p quibꝫ sacrificat/
proficiat sacrosancta cõmunio ad vitã/que ad sa-
lutem oim̃ noscit̃ instituta. Premittit igit̃ aliq̃s
orõnes cõmunioni: aliq̃s cõmunioni interserit:
aliquas cõmunioni subiũgit. Et s̃m hoc ps illa
subdiuidit̃ in tres ptes. Scđa ibi: Corp⁹ dñi nri
Jesu christi. Tertia ibi: Sanguis dñi nri. Pria
pars diuidit̃ in q̃ttuor particulas s̃m q̃tuor ora
tiones cõmunioni p̃missas. In p̃ma p sui iustifi-
catõne/vt digne possit sumere: deuotius sumen
dum implorat. In secunda/vt fructuosa fiat cõ-
munio exorat/ibi: Perceptio corpis ꝛ sanguinis
In tertia/suam indignitatẽ recognoscẽs fil' ꝛ di-
uinã oipotentiam profunde se humiliat/ibi: Do
mine nõ sum dign⁹. In q̃rta sũpta fiducia ex spe
diuini adiutorij ad sumẽdũ augustissimũ myste
riũ (vt Dionysi⁹ loquit̃) se erigit: ip̃umq; sumen-
do participat. ¶ Primo oõ diuidit̃ in ptes qua
tuor. Primo satagit sacerdos captare beneuolẽ
tiam christi per mortis ꝛ passionis sue rememo-
ratõem. In scđa petit a pctis ꝛ vniuersis malis li
beratõem/ibi: Libera me. In tertia petit sue vo-
lũtatis plenã diuinis mandatis subiectõem/ibi
Et fac me. In quarta petit sui cũ christo ꝑpetuã
cõiunctõem/ibi: Et a te nunq̃. Quibꝫ adidit so l
tam orõnis cõclusionẽ ibi: Qui cũ eodẽ. ¶ B
Circa p̃mũ oculos cũ intẽtõe ad sacr̃m dirigẽs
ad Christum in spẽbus visibilibꝫ vere ꝛ real̃r p̃sen
tem dicit: Domine] dñator totius vniuersitatis
[Jesu] saluator humani generis [Christe] vn-
ctus p̃ plenitudine spũs p̃ consortibꝫ tuis [fi-
li dei viui] pr̃is naturalis ꝛ consubstantialis/di
uinam tibi naturã eterna generatõne cõicantis.
[Qui ex voluntate patris] liberali ꝛ misericor-
dissima: te ad nostrã redemptõem veniẽte tempo
ris plenitudine mittẽtis [Cooperante spũscõ]
cuius sicut cũ pr̃e tecũq; vna est essentia: ita ꝛ vo
lũtas atq; opatio indiuisa. Quapropter ꝛ tui sa-
cratissimi corpis fabricatio in vtero virginali spe
cialiter sibi appropriat̃: Dicente angelico para-
nimpho ad ṽginem Luce. j. Spũsscũs superueni
et in te: ꝛ ṽtus altissimi obumbrabit tibi. Et ite-
rum ad sctm̃ Joseph sponsum ei⁹: Qđ in ea natũ
est/de spũscõ est [Per mortẽ] quã patiẽdo fact⁹
es obediẽs pr̃i vsq; ad mortẽ: mortẽ aũt crucis p
brosam ꝛ amarã: Phil. ij. [Tuam] in tua pote-
state positã. Solus quippe ptãtem habes ponẽdi
aiam tuã ꝛ resumẽdi eã/te dicẽte: Nemo tollit a
me aniam meã: s; ego pono eã a meipo/ꝛ iterũ su
mo eã. Tu em̃ solus vite ꝛ mortis habes dñiũ. Joã. 10.
Nam oia dedit in manu tua pater. Deditq; ptã Joã. 3.
tẽ ois carnis tibi/vt des eis vitã eternã. Nam et Joã. 17
nos serui tui/tuo dono aias nr̃as possum⁹ p fra I. Joã. 3.
tribꝫ ponere. Nequaq̃ tñ nr̃e est facultatis eã ite-
rum sumere. [Mũdũ viuificasti] spũal̃r. Nã tu
panis verus es (Joã. vj.) q̃ descẽdisti vt dares vi
tam mundo. Totus em mũd⁹ extra dei amicitiã
positus ꝓpter peccatũ p̃mi nostri parẽtis vitam
perdidit. Janua vite celorum regno obserato/ac
decreti morti cirographo obsignato: ita vt filio
Ade nullus pateret ingressus. Sed p mortẽ suã
cirographũ illud decreti quod erat aduersũ nos Col. 2.
deleuit. Illudq; de medio tulit affigẽs illud cru
ci/cõuiuificauit nos sibi: donans nobis oia deli-
cta. Mortẽ namq; suã tota trinitas in satisfacti
onem p oibus nr̃is delictis acceptauit: quã sic ex
volũtate pr̃is cooperãte spũscõ sustinuit. Susti
nuit inquã voluntate patris ꝛ spũsscti atq; sua:
q2 tota trinitas eum in mortẽ tradidit: eamq; p
viuificatõe toti⁹ mundi acceptauit. Pater em̃ eũ
in carnẽ misit: fili⁹ se obtulit: spũsscũs qui amor
est: oblatõem cõcremãdo acceptissimam reddidit
Hinc apl's: Christus p spm̃ scm̃ seipsum obtulit Heb. 9
deo patri hostiam immaculatã. Dicit̃ aũt pr̃ ip̃z
misisse ꝓpter auctoritatẽ p̃ncipij a quo cetere per
sone originant̃. Fili⁹ dr̃ se obtulisse s̃m assumptã
humanitatẽ: que sibi soli in vnitate psone est co/
pulata. Spũssanctus dr̃ mortẽ illam acceptasse
ꝓpter benignitatẽ que sibi sicut cetera ad volũta-
tem ptinentia approp̃ant̃: q̃uis ꝛ hoc cõmune
sit trinitati: sicut ꝛ ip̃a voluntas/que est principi
um oim operationũ cõtingenter a deo ꝓcedenti
um. ¶ C Sequit̃ [Libera me] Captata be
niuolẽtia/sequit̃ petitio: qua p̃mo petit liberati
onem a malo/dicens [Libera me] hoc sacrificiũ
offerentẽ/ꝛ oẽs alios fideles p q̃bꝫ offert̃/vt oĩs
liberi efficiamur. Si em̃ tu fili nos liberaueris: Joã. 8.
vere liberi erimus. [Per hoc sacrosanctũ corp⁹
ꝛ sanguinẽ tuũ] Sacroscm̃/p̃ oibus scm̃: q2 p
summũ artificẽ spm̃ scm̃ sacratissime in ṽgine
fabricatũ/ac sacratissime ṽbo dei copulatũ: ꝛ tã-
dem sacratissime in hoc sacro nobis donatum: et
nunc a me indigno (tua sola pietate ꝛ miscdia ad
sacerdotij gradũ assumpto) sumẽdum. [Ab oi-
bus iniq̃tatibꝫ meis] hoc est pctis: que aiam ad
summe trinitatis imaginẽ factã maculant: ꝛ de-
turpant. [Et vniuersis malis] corporis ꝛ anime
p̃sentibus ꝛ futuris. Deinde petens cõferri bona
subdit [Et fac me] meosq; p q̃bꝫ offero [tuis sp
obedire mandatis. In quo consistit tota vie pfe
ctio/ꝛ patrie beatitudo. Hinc ait: Si vis ad vitã
ingredi/serua mandata. In voluntatũ quoq; vni
one beato ꝝ cum deo tota consistit fruitio: q̃ est
essentialis beatitudo. Dicit aũt semper obedire:
hoc est/nullo tp̃e transgredi. Sunt em̃ mãdata

que semp obligant: ꝛ p semp vt negatiua. Sunt
mandata que semp quidem/nō aūt p semp obligāt
ad faciendū qđ p̄cipit. Pro semp aūt obligāt ad
nō transgrediendū: q̄lia sunt p̄cepta affirmatiua
Itē ꝙ semp obedire. i. vniuersal'r omnib9 manda-
tis: nec in vno offendens oīm reus efficiat: vt do-
Jaco. 2. cet Jacobus. Demum orando petit in bono ꝑse-
Mat. 24 uerantiā: q2 q ꝑseuerauerit in finem/hic salu9 erit
Unde addit [Et a te nunꝙ̄ separari ꝑmittas] ne
ꝙ in hoc seculo ꝑ peccatū/quod separat a te deo:
neꝙ in futuro ꝑ horrendā reprobo2 sententiam
Mat. 25. Ite maledicti in ignem eternū. Cōcludens adiū-
git [Qui] ꝑ diuinā essentiā tuā [cū eodē deo pa-
tre] a q oīs paternitas in celo ꝛ in terra nominat
[In vnitate] substantiali [eiusdem spūsancti]
charitatis nexus [viuis] vitā hñs in teipo [ꝛ re-
gnas] in terris ꝛ in celo [deus] verus naturalis
vnus ꝛ indiuisus [Per omnia secula seculo secu
lo2] sine fine [amen] vere ꝛ indefectibil'r. ¶ D

Circa p̄mā ꝑtem huius orōnis incidit dubium
Utrū Christus ex voluntate pr̄is mundū viuifi-
cans ꝑ mortē suam sua p̄tāte aīam suā posuit: an
sua ꝑmissione mortē vulne2 violētia a iudeis in
flicto2 illatam sustinuit. ¶ Ad hoc ꝓbabiliter di-
ci pōt/ꝙ Christus in cruce sua p̄tāte animā posu
it: p̄ueniendo mortē quā durissimi vulne2 cruci
ctus intulissent: vt sic euidentissime constaret/nō
nisi ꝓpria volūtate nos sua morte redemisse. Po
test autem illud signis ostendi ꝛ scriptis. Signis:
Nam ob hoc Pilat9 dum peteret dare corpus se
peliendū/mirabat si iam mortuus esset: q̄si illate
pene licet letales fuerant. nō tñ vitā in tā breui tē
Joā. 19. pe extorsisset. Sicut nec in latronib9 cū dño cru-
cifixis: quo2 crura/q2 dño mortuo vixerāt/fra-
cta sunt: vt eo2 mors accelerare. Aliud signū:
q2 cū clamore valido expirauit: qđ nō est homis
morte naturali vi illata morientis: s3 ei9 tm̄ q p̄p̄a
Mat. 15 p̄tāte ꝛ volūtate aīam suā ponit. Hinc centurio
videns q2 sic clamās expirasset/ait: Uere hic ho-
mo fili9 dei erat: vbi glo. Ostendit q̄re cēturio mi
ratur: q2 vidit eū sic expirasse. i. spm̄ emisisse: nul-
lus em̄ h3 p̄tātē emittēdi spūm/nisi conditor ani-
ma2. Et alia glo. Hieronymi: Infirmata etenī3
carne mox ꝟtus diuina inualuit/que dr: Aperite
mihi portas iusticie. Nos autem cum nulla aut
īma voce morimur/q de terra sumus. Ille em̄ cū
exaltata voce expirauit: qui de celo descendit. Ex
q̄b9 satis patet/ꝙ nō violentia coact9/sed potesta
Joā. 10 te functus mortē aduocauit. Patet idem aucto-
ritate scripture supra allegata: Nemo tollit aīam
meā a me: sed ego ponam eam in meipo. Ad idē3
Esa. 53. multe scripture ꝯcordāt: vt illud: Oblatus est/q2
voluit: sed quecunꝙ voluit/fecit. Itē: Tradidit se
metipm̄ p nobis. Et silia multa. Oblatio aūt et
traditio facta est in effectu dum aīam suā obtulit
pr̄i sacrificiū vespertinū. Hinc ꝓpheta: Volunta
rie sacrificabo tibi. Preterea volens suspēdit re-
dundantiā btitudinis portionis supioris/ne re-
dundaret in corpus: quā nisi suspēdisset/corp9 q2
gloriosū3 fuisset: nec mori nec ledi potuiss3. Chri
stus em̄ ab instanti sue ꝯceptōis s'm aīe portionē
supiorem/ꝑfecte beatus fuit clare videndo diui-
nam essentiā/eaꝙ ꝑfecte fruendo. Uñ nisi ꝑ mi-
raculum suspensa fuisset beatitudo in ꝑte supiori
mentis/redundasset in vires inferiores vsꝙ in
corpus/ipm̄ dotib9 glie ꝑficiendo/claritate scil3/
impassibilitate/agilitate/ꝛ subtilitate. Et ita pe-
nitus pati non potuisset: siue dotes illas de9 im-
mediate in corꝑe beati efficeret/siue ex ipa btitu-
dine naturalr redūdarent: q2 talē s'm legē statutā
nō pt aīa in corꝑe esse btā: ꝛ corp9 nō esse gloriosū
Miraculum ergo suspensionis glorie corporis
in potestate fuit christi: qđ exhibendo corpus suū
reddidit passibile ꝛ mortale. Ipse ḡ mortē aduo
cauit/q miraculose gl'iam/mortē penitus exclu
dentem suspendit. S3 tūc est dubiū: Quō iudei
eum occiderūt. Rñdet ꝙ iudei p̄mo volūtate eū
crucifixerunt: etiam ꝟbis ꝛ factis nihil omittētes
ꝑ se ꝛ milites q̄rum in eis fuit/vt Christus more
retur. Scdo/vulnera ꝛ penas intulerunt ꝛ san-
guinem fuderūt: q̄b9 stante miraculo suspensio-
nis glie/tandē mortuus in cruce fuiss3. Preuētio
aūt q dñs p̄uenit mortem: vt volūtarie seipm̄ p
nobis offerret: non excusat iudeos ab homicidio
quod fecerunt maliciose: vnde dñs si non p̄uenis
set/moreretur. Sequitur:

# Perceptio corpis tui do-

mine iesu Christe/quod indignus sumere propo
no: non mihi proueniat in iudicium ꝛ condem-
nationem: sed pro tua pietate prosit mihi ad tu-
tamentum mentis ꝛ corporis: ꝛ ad medelam per
cipiendam. Qui viuis ꝛ regnas deus per omnia
secula seculorum Amen. ¶ E Postꝙ̄ in prio
ri oratione sacerdos orauit pro sua iustificatōne/
vt digne possit tanto mysterio participare. In il
la oratione petit pro salute consequenda ex sacra-
menti perceptione: vnde dr [Perceptio corporis
tui domine iesu christe/quod indignus] propter
plurima ꝯmissa petā/ꝓpter que deuotōnis ac fer
uoris neglecta exercitia [sumere propono] aliter
[presumo] Non vtiꝙ confidens in mea iusticia
sed de tua benignitate ac misericordia mita/qua
linum fumigans non extinguis: nec quassatum
calamum confringis. [Non mihi proueniat in
iudicium ꝛ condemnatiōem] quas apostolus cō
minatur omnibus indigne accedentibus: corp9
domini non diiudicantib9: discretionis iudicio
hunc cibum ab aliis materialib9 ꝛ corporalib9 ci
bis non discernētib9/per diligentē ꝛ p̄uiā sui ip̄si
us probationem: ne mortui cibum sumant vite.
De qua dispositione tam de necessario ꝙ̄ de con-
gruo prerequisita: superius dictum est lectioni-
bus. vi. vii. viii. ꝛ. ix. ideo hic rescindit. [Sed ꝑ
tua pietate ineffabili] qua me sola tua bonitate/
nullis meis meritis ad hunc gradū vocasti: ꝛ ha
ctenus sustinuisti: ꝛ misericorditer ad penitenti-
am expectasti. [Prosit mihi ad tutamētū mētis

et corpis] Hec sumptio tui corpis ꝛ sanguinis/
vt scꝫ pseruet in futuꝝ/ne mente petõ ꝯschiam
Aut ꝑ viam corpis ꝛ sensuū mortē anime intro-
mittam: qua a te separat⁹ vtriusq; mortē anime ꝛ
corpis tue offensionis demerito/mortē petõꝝ in
cidam pessimā ꝛ eternā. Sit mihi ad tutamentū
mentis/ne tuā pn̄tiam graciosam quā sumere fe
stino/vnq̄ꝫ petõꝝ sordib⁹ repellam: ꝛ corpis mem
bra tibi ꝯsecrata arma peti efficiā. Sed niēte dul
cedinem tuā degustāo: in te sp̄ delecter: ꝛ corpe ti
bi famulāo/nulla lassitudine fatiger [ꝛ ad mede-
lam corporis ꝛ anime ꝑcipiendā] qḋ p̄stare velis
o Jesu christe. Qui viuis ꝛ regnas ꝛc. Seq̄t ora
tio tertia sumptōi p̄mittenda:

# Domine nō sum dignus

vt intres sub tectum meum: sed tm̄ dic verbo/et
sanabitur anima mea.

¶ F In p̄cedenti oratōe petiuit sacerdos vt
manducatio dignissimi sacramenti sibi non pue-
niat ad iudiciū ꝛ ꝯdemnatōem/sꝫ magis ad mē
tis corpisq; salutē. Hic sciens summā sumēdi di
gnitatē ei⁹. s. q̄ in altis habitat: ꝛ tñ nō alta/sꝫ hu
milia respicit: ad quem nō nisi humilitate pueni-
Esa. 66 tur/ipo dicēte ꝑ ꝓpham: Sup quē requiescit spūs
meus/nisi sup humilē ꝛ quietum/ꝛ trementē ser
mōes meos. Nimiꝝ supbis resistit: humilib⁹ au
tem gratiam. Sequens quoq; ꝯsilium p̄ncipis
1. Pet. 5 apostoloꝝ: Humiliamini (inquit) sub potēti ma
nu dei/ꝛ vos exaltet in tempe visitatōis. Ut ad
tam dignā sumptionē exaltari mereat/seip̄m hu
miliat: ꝛ omnipotēti manui vt saluet se subijciēs
orat: Dn̄e nō sum dign⁹ ꝛc. Uerbū hoc sumptū ē
ex euāgelistis Mattheo ꝛ Luca/referētib⁹ factū
centurionis hois gētilis: q̄ cū magn⁹ eēt seculari
potētia/veputa romanoꝝ officialis ad custodiāꝫ
galilee in caphernaū delegat⁹: q̄ volēs puero suo
corporis sanitatē impetrare a dn̄o cui⁹ miracula
audierat: ac ꝑ hoc potentē crediderat/se humilia
uit: ꝛ indignū dn̄i corpali p̄sentia iudicauit. Un-
de nuncijs suis ꝓ eo dn̄m interpellantib⁹/vt ser-
uum suum sanare dignaret/cū dn̄s r̄ndissꝫ Ego
veniā ꝛ curabo eū. Statim ipo iter arripienti/et
domui sue appropinquāti ꝑ amicos suos reman-
dauit: vt Luc. ca. vij. scribit: Dn̄e noli vexari: nō
eñ sum dign⁹ vt sub tectū meū intres. ꝓpter qḋ
ꝛ meip̄m nō sum dignū arbitrat⁹ vt venirē ad te
sed dic ꝟbū/ꝛ sanabit puer me⁹. Nā ꝛ ego sū hō
sub p̄tāte ꝛc. Hinc sumptū est ꝟbū illud: vt sacer
dos christū inuitatur⁹ ꝛ sumptur⁹ ad sanandum
animā suā: suā idignitatē recognoscēs/dicat ma
gna fide/pariter ꝛ humilitate: Dn̄e nō suꝫ dign⁹
vt intres sub tectū meū. Non sum dign⁹ vt sumā
te in interiora mea/multis petõꝝ sordib⁹ abomi
nabiliū. Dicat voce: ꝛ humilis de se sentiat corde
Est eñ q̄ nequiter se humiliat/plen⁹ dolo. Tales
non exaltat dominus: quia humilē spiritu saluū
Eccl. 9 faciet: ꝛ oculos superboꝝ humiliabit. Ideo vt di
gne sumere dominū mereatur in hoc sacramento
li cōuiuio/recūbat mente in nouissimo loco/se oī
bus inferiorē recognoscens: ꝛ tanto cōuiuio indi
gnū/vt tandē audire mereatur: Amice/ascende
superius: ꝛ tunc obtineat gloriā corā simul discū
bentibus. ¶ G Nec difficile erit in veritate
se indignū recognoscere tanti ministerij partici-
patōnis: si maiores se/diligenter consideret scip-
sos valde humiliantes. Consideret inquā Joan-
nē baptistā: cuius supra habita est memoria q̄ ab
angelo p̄nunciatus/in vtero sanctificatus est: a
puericia extra tumultū hominū in eremo cōuer-
satus: a Christo sup cunctos mulieꝝ natos com
mendatus: nihilominus timuit baptizare domi
nū/dicens: Ego a te debeo baptizari. Un̄ de ipo
dit ecclesia: Baptista contremuit: ꝛ non audet tā
gere sanctū dei verticē: sed clamat cum tremore
dicens: Sanctifica me saluator. Attendat Ma-
riā magdalenā/que tanto feruore Christū dilige
bat: vt non erubesceret inter epulas cōuiuantiū
lachrymosaꝫ se ingerere: pedes dn̄i lachrymis ir
rigare/ac capillis tergere: ꝓpter quod a dn̄o au-
dire meruit: Dimissa sunt tibi peccata multa: q̄a
dilexisti multū. Nec tamen post christi resurrecti
onem pedes ipsius tāgere permissa est. Quid igi
tur magnū/si sacerdos qui testimoniū de diligen
do deū non habuit: qui non sibi remissa peccata
a deo audiuit: q̄ ad fundendū lachrymas est ari-
dus/in diligēdo tepidus: in obsequio tardus: nō
modo tacturus pedes dn̄i/sꝫ totū ei⁹ corp⁹ come
sturus/dicat cum vilitatis sue recognitiōe: Dn̄e
nō sum dign⁹ vt intres sub tectū meum: Ecce pe
trus cui dominus tot⁹ gregis sue curā ꝯmittere
dignat⁹ est/ad pisciū capturā stupuit: ꝛ indignuꝫ
se dn̄i p̄ntia exclamauit/dicēs: Exi a me domine
q2 petõr sum ego. Btūs quoq; Marcus euange
lista q̄ pre ceteris chri resurrectiōem ꝛ regnū spū
sctō inspirante descripsit: se tñ indignū tanto my
sterio sentiēs/pollicē abscidit: vt repⁱob⁹ sacerdo
tio haberet: nmenꝰ tractare corp⁹ dn̄i in altaris
sacro. Merito igit sacerdos Joanne baptista im
purior: magdalena amādo tepidior: Petro aplo
dignitate inferior: euangelista Marco indoctior
dnicū corp⁹ sumptur⁹/dicat corde ꝛ ore [Dn̄e nō
sum dignus vt intres sub tectum meum] Non (i
quā) sum dignus ex mea iusticia: ex mea p̄parati
one: ex mea oratōe: sciens a te dictū: Cum feceri-
tis om̄ia que precepta sunt vobis/dicite: quia in
utiles serui sumus. Quod facere debuim⁹/feci- Luc. 17
mus. Et q̄ nec feci q̄ facere debui/sꝫ in mult̄ tua
sctissima p̄cepta transgrediēs violaui: q̄ño dign⁹
esse potero/vt tu dn̄e creator tot⁹ mūdialis ma-
chine/intres sub tectū meū/domū ꝯscientie mee/
petis obscurātib⁹ tenebrosum: ꝟtutū carētia rui-
nosum: vbi tue mansionis non est loc⁹. Non eñ
delectaris habitare in tabernaculis petõꝝ: sed in
tuis dilectorib⁹/p̄tis bn̄placita semp operantib⁹
ꝟbisq; tuis obediētib⁹: talib⁹ eñ tui p̄n̄sq; aduē-
tum polliceri dignatus es: ꝛ apud eos facere mā
sionē. Itē Quis te pulsantē audiūt/tibi cordis sui Apo. 3.

portas aperiūt: ad hos intrare/ac cum eis cena-
re pmisisti. Sz qz heu talis nō sū: vere indign⁹
sum vt intres sub tectū meū. Sz qz pctōres non
spernis: cū his eñ cū in terra ambulares vt sana
res/manducasti. Nec ad te cōfugiētes repellis:
Mat.19. sz z puulos sinere ad te accedere precepisti. Me
pctōrē/me puulū: qz indignū ne a facie tua pjci
as [sed tñ dic vbo] q̄ vbum es pris coeternum.
Dic vbo vtutis tue/q̄ dixisti paralitico: Surge
z ambula: z ptinuo surrexit san⁹ z ābulauit. Ita
dic vbo [z sanabit aīma mea] a morbis spūalib⁹
uiciorꝫ. Tuū nāqz dicere/facere est: dicēte scriptu
ra: Dixit/z facta sunt oia. Sana me dñe (orauit
ppheta) z sanabor. Sic dic vbo/z sanabit anima
mea p te cibum salutiferꝫ: qz cibus es spūs/non
carnis: cib⁹ mētis/nō ventris. ¶ D Sz forte
dicis: Nunqd sup se exaggerat iudiciū: q̄ pfitēs
se indignū/nihilomin⁹ accedit ad corpus dñi su-
mēdū: cū apl̄s terribilr̄ clamet: Qui maducat
panē hūc/z calicē bibit indigne: iudiciū sibi man
ducat. Aut ergo falso pfitet se indignū: z ita pfes
sione falsitatis vere indign⁹ reddit. Aut vere dr̄: et
credit se indignū: z sic idigne māducat: pplexus
q̄ est māducādo/euadere nō potēs iudicium dñi.
Sz absit vt cib⁹ q̄ dat vitā eternā mundo/in om
nem euentū mortē afferat accessuro. Ad hui⁹ igit
replice solutōem/rememorāda sunt sup lecti. vij.
z. viij. exarata. Refert eñ nec idē est esse indignū
hac refectōe: z indigne eā sumere. Simil̄r refert
esse indignū in oculis suis/z esse indignū in ocul̄
dei nos diligētis. De pmo simpl̄r indign⁹ est/qui
gr̄a dei caret. Nā q̄ gr̄a caret/inimic⁹ dei est: mor
tuus est: sz inimic⁹ nō est dign⁹ pane filiorꝫ: ipso
Mat.15. dicēte: Nō est bonū dare panē filiorꝫ z mittere ca
nib⁹. Neqz mortu⁹ deo dign⁹ est pane vite: neqz ci
bus est mortuorꝫ/sz viuentiū. Pōt aūt non hñs
gr̄am z p h indign⁹/sumere nō indigne: si post dis
cussionē ac sui ipi⁹ pbatōem/q̄z pcedere hāc sum-
ptōez debere apl̄s docet. Manere aliqō peccatū
mortale nōdū dimissum/nec tñ a sumēte cognitū
Cū g̃ nemo delictorꝫ suorꝫ pfectā habet cognitio
nem nec memoriā/dicēte ppha: Delicta qs itelli
git: Ab occultꝫ meis mūda me: z ab alienis par-
ce seruo tuo. Hinc q̄libet se indignū estimare ha-
bet/tanq̄z nesciēs se dignū: z tñ de miscōia dei p/
sumēs pōt nō indigne accedere: ita q̄ accedendo
nouū mortale nō pmittat. Et p hoc vtil̄r z non si
cte orare: Dñe nō sum dign⁹ zc̄. De scdo: Nemo
filiorꝫ captiuitatis Ade ex suis dign⁹ est pane an
gelorꝫ. de q̄ Bern. ser. v. de dedicatōne eccl̄ie late
disserit/di. Nōnunq̄z de aīa mea cogitās/videor
mihi in ea (fateor) velut duo contraria inuenire.
Si ipsam aīam prout in se est/z ex se est/intueor:
nihil de ea verius sentire possum/q̄z ad nihilū eē
redactā: cū sit onerata pctis/obfusa tenebris/ir-
retita illecebris/pruriēs concupiscētijs/obnoxia
passionib⁹/impleta illusionib⁹ pna semp ad ma-
lum: in vitiū omne pcliuis. Postremo toti⁹ pfu
sionis z ignominie impleta. Nimirꝫ si ipse quoqz

iusticie nostre oēs ad lumē vitatis inspecte/velut
pann⁹ mēstruate inueniunt. Iniusticie deinceps
q̄les reputabunt: Si lumē qō in nob est tenebre
sunt: ipe tenebre q̄nte erūt: Facile est cuiqz nim si
sua pleni⁹ vniuersa z sine dissimulatōe vestiget z
iudicet sine acceptōe psone/attestari p oia apl̄ice
vitati z libere pclamare: q̄ se putat aliqd esse cu
nihil sit ipe/se seducit. Quid ē hō qz magnificas Job.7.
eum/aut fidelis z deuota pfessio: aut q̄d apponis
erga eū cor tuū. Quid: Sine dubio vanitati si-
milis fact⁹ est hō. Ad nihilū redact⁹ est hō. nihil ē
hō. Quō tñ penit⁹ nihil est/quē magnificat de⁹:
Quō nihil/erga quē appositū est cor diuinū: Et
infra: Tanq̄z nihil reputat hō in iudicio vitatis
tue: sz nō sic in affectu pietatꝫ tue. Nimirꝫ vocas Roma.4
ea q̄ non sunt/sicut ea q̄ sunt. Et nō sunt g̃: qz vo-
cas ea que nō sunt: z sunt/qz vocas. Licet eñ nō
sint q̄ztū apud se/apud te sunt vtiqz: iuxta apl̄m:
Nō ex opib⁹/sz ex vocāte. Sic nimirꝫ sic psolaris Roma.9.
in tua pietate/quē in vitate tua humiliasti: vt ma
gnifice dilatet in tuis/qui merito angustiat i su
is. Siqdem vniuerse vie dñi miscōia z veritas: Ps.24.
requirentib⁹ testamētū tuū z testimonia tua. Testa
mētū vtiqz pietatis z testimonia vitatis. Et seq̄t
ad ppositum: Lege hō in corde tuo: lege intra te-
ipm de teipo testimonia vitatis: etiā hac cōi luce
iudicabis te indignū. Lege in corde dei testamē-
tum qō firmatū est in sanguine mediatoris: z in
uenies q̄ztū lōge aliud spe possidere/q̄z re tenere vi-
deris. Hec Bern. Sic g̃ sacerdos psiderās se sm
se/in corde suo verissime indignū se pclamabit.
Sed attēdens q̄d in corde dei/q̄ se magnificauit
redemit/dilexit/se dignū sperare poterit: non di
gnitate sua/sz illi⁹ dignatōe. Verūqz sit ppheuer
bum: Perditio tua ex te israel/tñmō in me auxi- Osee.13.
liū tuū. Deniqz btūs Job ca. xxv. ait: Nunq̄d pt
iustificari hō pparat⁹ deo: aut apparere mūd⁹ na-
tus de muliere. Ecce etiā luna nō splendet: z stel
le nō sunt mūde in pspectu ei⁹. Que exponēs he-
atus Gre. xvij. mor. §. xxv. Nōnulli p donū spūs
adiuti pera infirmitatē sue carnis erigunt: vtuti
bus emicāt: signorūqz miraculis coruscāt: null⁹
tñ est q̄ sine culpa vitā trāseat/q̄usqz carnē corru
ptōnis portat. Et sequit: Nec sctā eccl̄a p lunam
signata/vtute ppria tot miracul̄ emicat: nisi hāc
supueniētis gr̄e dona pfundāt. Nec singulorꝫ he
ne viuētiū stellarꝫ noie designatorꝫ mētes a pctō
rum maculis mūde sunt/si remota pietate iudi-
vitã eternã. Uiaticū cōfortans nos ad pficiendū
hui⁹ exilij viã. Pignus eterne salutis: z cōmuni-
catio oīs scitatis. Et s̄m hec affect⁹ ei⁹ assignari
possunt/vegetare/ↄfortare/certificare/z pficere.
Quos silr̄ tangit Albertus in pncipio libelli pre-
notati. Sunt qui innumerabiles fructus eucha
ristie reducūt ad numerū ternariū: scz ad bonum
oblationis sacrificij/bonū cōmunicationis cōui-
uij: bonū refectionis viatici. Primū quo ad deū.
Secundū q̃ ad primū. Tertiū cuiuslibet q̃ ad se-
ipsum. Hãc sequitur Cancel. parisieñ. in suo sup
Magnificat. trac. ix. Exponēs versum: Esurien
tes imple. bonis. Uarij sunt variorū modi sum-
mam fructuum assignantiū: s̄m numerū septena
rium donoꝝ/virtutū/btitudinū/ac petitionū do
minice orōnis: que oīa prosequi longū esset pari-
ter z laboriosum. ℄ D Ideo breuitati studēs
Primo/fructus ipsos bimēbrans: deinde mem-
brū quodlibet sub diuidendo in ramusculos fru-
ctus afferentes dulcissimos procedam. Pro q̃ re
memorandū: q̧ sacrosancta eucharistia principa-
liter instituta est in sacrificiū z in sacr̄m seu cibū.
Ideo omnē fructū sacrificij/omnēq̃ fructū spiri
tualis cibi influit atq̃ gignit. Pro intellectu pri-
mi: quō. s. eucharistia nobis est instituta in sacri-
ficiū: aduertendū est/q̧ s̄m btm̄ Augu. x. de ciui.
dei. c. iiij. Sacrificiū cultus quidã est soli deo de
bitus/s̄m q̧ scribit: Sacrificãs dijs eradicabit
nisi dño soli. Siue(vt alij dicūt)est oblatio facta
deo in recognitionem supremi dominij z reditin
idem: si tñ oblatio generalr̄ accipit p omi actu in
teriori vel exteriori facto ad honorē dei: tanq̃ su-
premi oim dñi. Est autē duplex sacrificiū: scz in-
terius inuisibile/z exterius visibile. Inuisibile sa
crificiū/cor nr̄m. i. volūtas nr̄a est/cū dona dei z
seipsam deo vouet z reddit. Uñ ait: Huic scz deo
seruitutē(que latria grece dr̄)siue in quibusdã sa-
cramētis: siue in nobis ipsis debem⁹. Per latriã
sacrificiū intelligit. Uñ et subdit: Hui⁹ em̄ tem-
plum simul omnes z singuli tēpla sum⁹: q2 z oim
cōcordia/z singulos inhabitare dignat: nō in om
nibus q̃ in singulis maior: q̄m nec mole distēdit
nec participatione minuit. Cū ad illū sursum est
ei⁹ est altare cor nr̄m: ei⁹ vnigenito eū sacerdotē
placam⁹. Et cruentas victimas cedim⁹: qñ vsq̃
ad sanguinē pro ei⁹ veritate certam⁹. Eū suauissi
mo adolemus incenso: cū in ei⁹ cōspectu pio/san
ctoq̃ amore flagram⁹. Et dona ei⁹ in nob2 nosq̃
ipsos vouem⁹ z reddim⁹. Et bñficioꝝ eius solen
nitatibus festis et dicbus statutis dicamus: sacra-

musq3 memoriā/ne volumine tēpoꝝ ingrata fur/
repat obliuio. Et sacrificam⁹ hostiā humilitatis
z laudis: in ara cordis/igne feruide charitatis. Ad
hūc videndū sicut videri poterit/ eiq3 coherendū:
ab omni pctōꝝ et malaꝝ cupiditatū labe mūda-
mur: z ei⁹ noīe cōsecramur. Ipse eñi fons nostre
beatitudinis: ipse oīs appetitionis est finis. Hūc
eligētes vel potius religētes/ad eū dilectiōe ten-
dimus/vt ꝑueniendo quiescamus: ideo beati/q2
illo fine ꝑfecti. Bonum eñi nřm nullū est aliud/ꝙ̄
illi coherere. Et h̄ quidē scz coherere illi volūtate
z amore/est sacrificiū interi⁹ z inuisibile. Sacrifi
cium autē visibile: vt idē ca.v.eo.li. dicit: Est in-
uisibilis sacrificij sacr̄m.i.sacrū signū. Vñ omne
op⁹ qđ agit̄ vt sctā societate inhęream⁹ deo/rela-
tum scz ad illū finē boni/q̄ veraciter bti esse possi
mus/sacrificium est: dicit idem ca.vj.li.x. ℭ E
Indiget aūt hō sacrificio ꝓpter tria: vt dicit btūs
Heb.5. Tho.pte.iij.q.xxij.ar.ij. scz ꝓ remissione pcti/per
qđ a deo auersus fuerat. Vñ ait aptūs: Ois pon
tifex ex hoīb9 assumpt⁹/ꝓ hoīb9 constituit̄: vt offe
rat sacrificia z dona ꝓ pctis. Scđo vt hō in statu
grē cōseruet̄: z semꝑ deo adhereat in q̄ ei⁹ pax z sa
lus cōsistit. ad Roma.xij. Exhibeatis corꝑa vřa
hostiam sanctā/viuentē. deo placentē. Tertio/vt
spūs hoīs deo totaliter vniat̄: q̄ntum vie stat⁹ ad
mittit. j. Pe.ij. Offerētes spiritales hostias acce
ptabiles deo. Et f̄m hoc triplices fuerūt in testa.
veteri sacrificiū z oblationes: videlicet sacrificiū
pro pctōꝝ expiatione: cui⁹ ritus describit̄ Leui.
iiij. Scđa fuit hostia pacifica/ q̄ offerebat̄ tanq̄
petitio ꝓ bñficio īpetrando: vel tanq̄ g̃ratiactio
pro bñficio accepto: cui⁹ ritus describit̄ Leui.iij.
Tertiū fuit holocaustū qđ ex deuotione ꝓ ꝑfecta
vnione hoīs cū deo offerebat̄: qđ etiā totū incen-
debatur: vt habet̄ Leui.j. ad significādum totū
Holocaustum vnde hoīem trāsformari z vniri debere deo. Vñ holo-
caustū dicit̄ ab holon qđ est totū/et cauma qđ est
incendiū/quasi totū incēsum: ꝗuis s̄.lec.lv. plu-
res hostiarū differētie sunt assignate. Oīa aūt
illa sacrificia ꝗuis multa fuerūt/ tñ figure vnius
veri z ꝑfecti sacrificij noue legis: scz christi in ara
crucis imolati. Vñ orat eccłia: De⁹ q̄ legaliū dif
ferētias hostiarū vnius sacrificij ꝑfectione sancti-
fisti zc̄. Illud ꝟo qđ est ꝑfectū/ꝑ vnū vel pauca im-
perfecta nō pōt sufficiēter representari. Et ideo si
cut ꝑfectio diuina vnica existēs/in ꝑfectionib9 cre
aturaꝝ varie z multipliciter repñtat̄: sic decēs
fuit/vt sacrificiū nřm ꝑfectissimū ꝑ multa z varia
sacrificia añ z in lege veteri representaret̄. De im-
perfectione sacrificiorū ve.le. supra dictū est lecti.
xxj. satis dictū reor satis hñ ad ꝓpositū. In hac ꝙ̄
vnica oblatiōe z ꝑfectissimo sacrificio chri in cru-
ce/habem⁹ ꝑfecte quecūq3 lex vel natura/vel mo-
saica: vel figurabat/vel contulit imperfecte. Per
hanc eñi nřa pctā deleta sunt. Roma.iiij. Tradi-
tus est ꝓpt̄ delicta nřa. Per ipsam recepim⁹ gra-
tiā nos saluantē. ad Heb.v. Consummat⁹ scz in
passione/factus est oīb9 obtēperantib9 sibi causa
salutis eterne. Per ipsam adipiscimur ꝑfectionē
glīe. ad Heb.x. Habem⁹ fiduciā ꝑ sanguinē chri
in introitum sctōꝝ/vbi celestis est glīa. Et.j. Pe.
iij. Deglutiēs mortē/vt vite eterne heredes effice
remur. De hoc etiā loquit̄ Gerson cācella. super
Matt. Sacrificiū sicut z verbū abbreuiatū fecit
dñs suꝑ terrā: Hostiā vnā/ vnicā/mundā/ plenā
bonis: plenā effectib9 oīb9 illis/ ꝓ q̄b9 hostia lega
lis solebat offerri. Si deletionē pctōꝝ petis: Ec-
ce agnus dei: ecce q̄ tollit pctā mūdi. Si gratiaꝝ
actionē/ gratias agit chr̄s pr̄i. Si maloꝝ euita-
tionē/sanat ipse nos z liberat: q2 vere languores
nřos ipse tulit. Si bonoꝝ consecutionē celerē/in-
terrogatus latro docebit: qui tpe hui⁹ sacrificij ve
spertini audire meruit cum iuramēto: Amē dico
tibi: hodie mecū eris i paradiso. Et sequit̄: In sa-
crificio corporis z sanguinis sui noua fecit oīa:
Paschalem agnū: manna deserti: panē celi: thau
ros/vitulos immolatiōis: hircū emissariū: passe-
rem/turtures z columbas: vinū z libamina: sal
in oī sacrificio: caudā cū capite: neq3 mel neq3 fer-
mentū. Deniq3 q̄tidianū bis sacrificiū: cū matu-
tino vespertinū: quicq̄d in his figuraliter signifi-
cat̄ z mystice/ ꝑ hoc vnicū sacrificiū impletū est: z
nob ꝑ ipm ꝯfert̄ in veritate. ℭ F Quāuis aūt
semel oblat⁹ est christ⁹ in ꝓpria carnis effigie/offer
tur nihilominus q̄tidie in altari: velat⁹ in panis
viniq3 specie. Nō q̄dē q̄ntum ad ea q̄ penā impor-
tant: Nō eñi chr̄s q̄tidie vulnerat̄/ patit̄ z morit̄:
sed ex alijs duab9 causis eucharistie consecratio z
sumptio/sacrificiū dr̄ z oblatio. Tū q2 illi⁹ sacrifi
cij veri z imolationis sancte facte in cruce/ repre-
sentatiua ē z memoriale. Tū q2 similiū effectuū
operatiua z principium causale. Solent aūt (ait
btūs Aug⁹ ad Simpliciū) imagines illarū reꝝ
noīb9 appellari/quaꝝ sunt imagines: sicut cū in-
tuentes tabulā aut parietē pictū/dicim⁹: Ille Ci
cero est: ille Salusti⁹. Celebratio autē hui⁹ sacri
ficij imago quedā est passionis christi repñtati-
ua/ q̄ est vera ei⁹ immolatio: ideo z ipsa imolatio
noiat̄. De h̄ q̄z btūs Berñ. in ser. de sacto altaris
ita ait: Christ⁹ ꝓ salute mūdi semel fact⁹ ē hostia
salutaris: rei recōciliatio general̄: oīb9 sacris tā
p̄cedētib9 q̄3 sequētib9 virtutē dedit z efficaciā: vt
tanta z tali hostia sanctificarent̄ oēs liberādi per
ipsam. Vñ legit̄: Quia agn⁹ occisus est ab initio
seculi. His videlicet q̄ fuerūt ab initio seculi: ita
vt ꝑ h̄ q3 dr̄ ab initio/determinet nō tp̄s occisiōis
s̄ salutis. Prius eñi mors ei⁹ ꝓfuit q̄3 fuit: prius
ꝓmissio/ac demū exhibitio. Nec eius ꝓfectus in
passionis exhibitiōe terminat̄: s̄ multo magis in
posteros deriuat̄ memorata/q̄3 ꝓfuit futura. Vñ
subdit Berñ. Benignissime Iesu nobilissime spō
se tue dotaliciū indulsisti: vt vel sic teneret colum
ba tua memoriale dilecti sui. De h̄ habes sup̄ lec.
liiij. Quib9 z addo sequētia: Nā de hui⁹ memoria
lis excellētia subdit vbi sup̄ Berñ. tractans illud
apli: Hoc facite in meā cōme. di. O summe pia z
suauis memoria/annunciare mortem dñi donec

veniat. Mors christi opus sine exemplo: humilitas sine modo: donum sine precio: grã sine merito. Hãc xp̃s nos subire voluit q̃ peccã nr̃a sup lignũ sustinuit/ in cruce sua. s. penã peccãtoꝝ cuius liuore sanati sumus. Quid facis o hõ ingrate? Adora deuotius: recole frequẽtius in sacro altaris/ salutem mundi p te passam: vitã p te mortuã: fortitudinem infirmatã. Sequitur: Ceterum vt amplius mouearis: immo vt magis incalescas in amorẽ tui redemptoris/ voluit christus vt iugiter coleret ꝑ mysterium/ qđ semel offerebat in preciũ: ⁊ illa perennis victima viueret in memoria: ⁊ presens esset ꝑ in gratia. Hec Bern. ¶ B Ecce q̃le nobis ꝓuidit dñs sacrificiũ: oĩa sacrificia alia excellẽs: habẽs in se q̃ in nullo alio sacrificio simul inueniuntur. Est enĩ (vt dicit Alber. li. ij. de sacro alta.) antiquitate veneratũ: auctoritate diuina sancitũ: iuramẽto confirmatũ: ⁊ sua ꝑfectiõne ꝑpetuatũ: in se sanctissimũ ⁊ oĩm scificatiuũ. Veneratũ antiqtate. q2 ab eo q̃ verus sacerdos erat dei summi sine p̃re/ sine matre/ sine genealogia: assimulatus filio dei: vt dicit ad Heb. vij. an̄ oẽm sacrificioꝝ institutiõem p̃signat. Auctoritate dei sancitum: quia ab ip̃o deo patre collatũ est hm̃oi sacrificij sacerdotiũ: vt habet ad Heb. v. Christus nõ semetip̃um clarificauit vt pontifex fieret: sed qui locutus est ad eũ: Tu es sacerdos in eternũ ꝫm ordinẽ melchisedech. Iuramẽto aũt ꝯfirmatũ: sicut dicit in ps̃. Iurauit dñs ⁊ nõ pe. eũ: tu es sacer. in eter. Sua autẽ ꝑfectiõe est ꝑpetuũ: q2 ꝓpter ꝑfectiõem huius sacrificij oĩa ve. legis cũ lege ⁊ sacerdotio sunt abolita vt istud in ꝑpetuũ statuatur obseruandũ. Unde ad Heb. vij. Hic aũt eo q̃ maneat in eternum/ sempiternũ habet sacerdotiũ: vñ ⁊ saluare in ꝑpetuũ põt: accedẽs ꝑ seip̃m ad deũ/ semꝑ viuens ad interpellandũ p nobis. Et de abolitiõe ve. le. vt illud vnici sacrificij statuatur sacerdotiũ dicit Hebr. vij. Si ergo ꝯsummatio ꝑ sacerdotiũ leuiticum erat (ꝓplus enĩ sub ip̃o legẽ accepit) qđ adhuc necessariũ fuit ꝫm ordinẽ melchisedech aliũ surgere sacerdotẽ: ⁊ nõ ꝫm ordinẽ Aaron dici. Trãslato ei sacerdotio/ necesse est vt legis trãslatio fiat. Et sequitur: Reprobatio q̃dem fit p̃cedentis mãdati: ꝓpter infirmitatẽ eius ⁊ inutilitatem. Nihil enĩ ad ꝑfectũ adduxit lex. Habet ⁊ p̃ oĩbus sacrificijs sanctitatẽ ⁊ sanctificatiõis operatiõem: q2 est in oĩbus significatũ: q2 oĩbus alijs refutatis volũtati diuine acceptissimũ: q2 valore excellẽtissimũ: ⁊ q2 p oĩbus hominibus redimẽdis ip̃m solũ est oblatũ: tot in se ꝯtinẽs grãs/ q̃t in oĩbus alijs poterant significari. ¶ B De huius sacrificij acceptabilitate loquitur b. Aug. iiij. de trini. c. xiiij. q̃ q̃tuor ꝯsiderantur in oĩ sacrificio. s. cui offeratur: a q̃ offeratur: qđ offeratur: p q̃bus offeratur. Oĩbus his respectibus sacrificiũ illud acceptabilissimũ esse conuincitur. Offertur enĩ patri summo ⁊ offertur a nr̃o põtifice eiusdẽ p̃ris vnigenito. Offertur christus in hũana natura corporis ⁊ sanguinis: offertur p oĩbus mundis ⁊ mundanis. Quis tam misericors ⁊ pius sicut pr̃ celestis mise

recordiaꝝ pr̃ summus? Offert aũt filius. Quis tam iustus ⁊ sctũs sacerdos ⁊ pontifex sicut vnicus dei filius? Qui nõ opus habet ꝑ sacrificia purgare sua peccã/ nec originalia/ nec ex hũana addita vita. Talis enĩ decebat vt nobis esset põtifex sanctus/ immaculatus/ impollutus/ segregatus a peccatoribus: ⁊ excelsior celis factus: q̃ nõ habet necessitatem quotidie quẽadmodũ sacerdotes p̃us pro suis delictis hostias offerre: deinde p ꝓpli: ad Hebre. vij. Talẽ habemus pontificẽ q̃ ꝯsedit in dextera sedis magnitudinis in celis/ sanctoꝝ minister ⁊ tabernaculi veri quod fixit deus ⁊ non homo. Minister inq̃ sanctoꝝ/ quibus ministrat grãm in terris/ ⁊ glãm in celis. Huius magni pontificis ⁊ sacerdotis nostri pontifices ⁊ sacerdotes vicarij sunt: in quoꝝ verbis ꝓnũciatis/ verbũ increatũ operatur oblatiõem: ꝫm illud Esa. lxi. Uos autem sacerdotes vocabimini/ ministri dei nr̃i. Hoc enĩ sacrificio sacerdos ex hominibus assumptus/ ministeriũ exhibet. Inuisibilis aũt ⁊ p̃ncipalis adest sacerdos christus: q̃ panẽ ⁊ vinũ in sui corporis ⁊ sanguis subam ꝯuertit. Hic ergo sacerdos patri cui offertur/ nõ p̃t non esse acceptus. Et ideo effectũ huius sacrificij malicia sacerdotis ministerialis impedire ⁊ tollere non p̃t. ¶ Sacrificiũ denique ad mundandũ ⁊ placãdũ sufficientissimũ. Quid enĩ tam mundũ p mũdãdis vitijs mortaliũ q̃ sine vlla cõtagione carnalis cõcupiscẽtie nata in vtero et ex vtero virginali? Quid tam grate offerri ⁊ suscipi posset/ q̃ caro sacrificij nostri corpus effectũ sacerdotis nr̃i? Idẽ ip̃e vnus verusque mediator ꝑ sacrificiũ pacis recõcilians nos deo: q̃ vnum cum illo maneret cui offerebat. Unũ in se faceret p q̃bus offerebat: vnus ip̃e esset q̃ offerebat ⁊ qđ offerebat. Hec Aug. vbi sup̃. iiij. de trini. Ex q̃bus ⁊ hoc elucescit/ q̃ ex parte eoꝝ p q̃bus offertur filius acceptum est: q̃ ⁊ si immũdi sũt: tñ ꝑ hoc sacrificiũ mundantur ⁊ recõciliantur ⁊ ac acceptissimo offerenti vniuntur. Hoc est qđ idẽ Aug. dicit. x. de ciui. dei. ca. vj. Hoc est sacrificiũ christianoꝝ/ multi vnum corpus in christo: quod etiã sacro altaris fidelibus noto frequẽtat ecclia: vbi ei demonstratur q̃ in ea oblatiõne quã offert ip̃a offeratur. ¶ I Ecce quantũ est sacrificiũ nostꝝ/ nedũ memoriale magni illius vnici ⁊ ꝑfectissimi sacrificij semel in cruce oblati: sed idip̃m ⁊ semꝑ idip̃m. Memoriale dignissimũ/ ⁊ nobis ꝑegrinãtibus nimis necessariũ: cũ enĩ nulli speranda est salus nisi qui dei charitate accensus christo cõformatur: vt deducit aplus. j. Coꝝ. xiij. Illa aũt nullo in nobis fomẽto ita cõseruari ⁊ augmentari poterit quãtũ memoria dñice passiõis q̃ merito sibi oẽm nostꝝ amorẽ vẽdicat. Ad hanc enĩ nos scriptura Eccl. xxix hortatur: Gratiam fideiussoris tui ne obliuiscaris: dedit enĩ p te animã suã. Pro te. i. p hereditate regni celestis a te velut impignorata dñs fideiussit: ⁊ se totũ absoluendũ in cruce/ debitũ tuũ dedit. Huius grãm nõ obliuiscaris/ q̃n p ea vicẽ reddẽdo diligas nedũ lingua/ sed opere ⁊ veritate. Hoc ip̃m quasi dep-

cando petit Cant.v. Aperi mihi inqt soror mea/ amica mea: qz caput meū plenū est rore: z cincinni mei guttis noctiū. Apri mihi mein mentē suscipiendo/in memoriā/in dilectōem: qz caput meū scz diuinitas: iuxta illud: Caput christi deus/plenū est rore miscdie/ad remittendū pctīn. Et cincinni mei .i. humanitas diuinitatē velās: guttis .i. effusione sudoris/lachrymaz z sanguinis: ac amaritudine passionis/ad redimendā hereditatē tuā: p satisfactōe tuoz peccatoz impignoratam. Oportuit itaqz omni tpe apud hoies esse memoriale repñtatiuū passionis dñice: cui tot figure in testa. veteri pcessere. Ideo dñs vt apud fideles iugis ac immortalis vigeret passionis sue sacratissime memoria: h ineffabile sacrm in perhennē memoriā instituit: vt nō deficeret exhibire redēptōis signū salubre z efficax: q salute tot laboribus acqsita influeret redēptis: cui tot figure mystice date sunt redimēdis. De h memoriali Urbanus papa sic exclamat: O digna z nunqz termināda memoria/q morte nostra recolimus mortuam: no struqz interitū vite obitu intersisse: lignūqz viuifficū cruci affixū/fructū nobis salutis z gre attulisse. Hec est commemoratio glosa/q fideliū aimas replet gaudio salutari: z cū infusione leticie deuotōis lachrymas subministrat. Hec ille. Ex qbus aliquātulū apparet fruct⁹ hui⁹ sacrificij vt est memoriale crucifixiōis christi: q e accedere ad amorē/gratitudinē/deuotiōem/cpassionē. ¶ R Est etiā sacrificiū illud similiū effectuū opatiuū qs opatū est idipm sacrificiū in cruce/qualiqz oga ta sunt figuralia ve. te. sacrificia in eius pnsa vtute. Ipa aūt vt tactū est/oblata sunt ad petī expiatōem: ad pacis stabilitatē: ad cordis cū deo vnionē: ad grarū actōem. Primū ad hostiam p pctīs Scōm ad hostiā pacificoz. Tertiū ad holocaustū. Quartū si placet respiciat iuge sacrificium. Hos qdem effect⁹ plenī opat nrm sacrificiū: nedum in sumētibus ipm/sed in his oibus p qbus offert Sumentibus qdem dupl'r pficit vt dr beat⁹ Thomas par. iij. q. lxxix. ar. vij. p modū sacri z p modum sacrificij: qz z sic p oibus/speālr tñ p sumētibus offert. vñ dr in canone: Ut quotquot ex hac altaris pticipatōe sacrosctm filij tui corpus z sanguinem sumpserimus/omni bñdictōne zč. Sz alijs q nō sumūt pdest p modū sacrificij ingtum p salute eoz offert. Unde z orat sacerdos: Memēto dñe famuloz famularūqz tuaz p qbus tibi offerimus hoc sacrificiū laudis: p se suisqz oibus/p redēptōne animaz suaz/p spe salutis z incolumitatis sue zč. Et vtrūqz hūc modū pficiēdi dñs exprimit Mat. xxvj. Qui p nobis .i. sumentibus/z p multis alijs effundet in remissionez pctōz. Hec Thomas. ¶ L In pmis sacrm eucharistie velut sacrificiū summo patri oblatū nedū venialē/sed z mortale: nō dico sumentiū/sed omniū eorum p qbus offert: z quantū ad reatū culpe z pene plus vel minus fm dispositōem eoz p qbus offert/tollit: vnde vt dr btūs Thom. in. iiij. scripto dist. xij. q. v. ar. ij. Eucharistia ingtum est sacrificium/habz effectū etiā in alijs p qbus offert: in qbus nō pcigit vitā spūalē in actu: sed in potētia. Et ideo si eos dispositos inuenerit/eis grām obtinet: vtute illius veri sacrificij a quo eis gratia in nos fluxit: z p pñs pctā mortalia in eis delet. Nō sicut causa pxima/sed ingtum grām ptritionis eis imperrat. Nec ptra illud est qd Aug⁹ ad renatos dr: Quis offerat corpus christi nisi p his qui sunt membra christi. Intelligit eīn p membris christi offerri/qñ offert p aliqbus vt sint mēbra christi. Sic etiā ingtum est sacrificiū/accipit rōnem satisfactōis: z fm hoc in parte vel in toto penam tollit: sicut z alie satisfactōes fm mensuram pene debite p pctis z deuotōis qua sacrm offertur: z vtutes sacrificij his p qbus offert ab offerente applicat: z ita nō sp vtute hui⁹ sacrificij tota pena tollit: et ideo officiū illud offert p viuis z defunctis. De quo late h dictū est lec. xxvj. z. xxvij. Ubi z tractatū est quantū z quibus valet missę celebratio qtum ad remotiōem mali z collationem boni: tam ex ope opato/qz ex ope opante: z similiter lec. lvj. z pene p totā canonis expositōnem. ¶ Deniqz quoviqz sacrificio efficacius impetrari posset pax z omne bonū: ipaqz pseruari/qz cum is offert q est pax nostra: q fecit vtraqz vnū. Et q sacrificio pfecta vnio aie nostre cū deo nobis cōcedi possz/qz cū ille in holocaustū offert q se totū obtulit p nobis pri/se totū dedit hūano generi: mediator dei z hoim/christus verus deus/vere homo. Si demū agende sunt gratie deo patri p quem acceptabilius qz p filiū in quo sibi bñ complacuit/fontē totius boni z oim graz: Et qd conoz innumera nūero comphēdere: Quicqd christus saluator noster meruit se offerēs in cruce p oibus generalr/tam in remotōe mali/qz in collatione boni viatoribus/purgādis/beatz/hoc sacrificio applicat pticulariter singulis. Unū orat ecclā hoc sacrificiū celebrans/vt omnes ipm pticipantes omni bñdictōe celesti z gratia repleant. Nō aūt orat ecclesia p aliquo qd huius sacrificij vtute cōferri non pōt. Habet quippe spūm sponsi sui/per quē qd petat nouit. Hinc tam varia ordinauit officia p necessitatibus diuersis: p spūalibus ac tpalibus bonis impetrandis/ac malis remouēdis p desūctis z viuis/et viuoz statibus varijs: p beatis et sanctis/etiam nunc brauium obtinentibus. ¶ Narrat btūs Grego. c. vlti. lib. iiij. dialo. quō vtute hostie salutaris in misse sacrificio oblate/q tiens hoc agebat/captus qdā et ligat⁹/corporalibus vinculis soluebat. Et alio qdā Varaca noīe cui in marie fluctibus laborāti ac deficiēti/cibus corporalis p vtutē angelicā allat⁹ est/dū p eo missa celebrabat. Per q sic corporaliter exhibita misericorde dñe qd in aia opet vt sacrificium voluit declarare. ¶ M Sed dicis/qz sacrificiū illud viuis pficiat/credo: qzqz suffraget defunctis adhuc purgatorio igne detentis/h late ostensuz est Quō aūt pficiat btīs/nondū capio. ¶ Respōsio

ꝙ sacrificiũ illud proficiat beatis ex eo manifestũ est ꝙ offert̃ pro eis. Nã vna particula in quã frangit̃ rep̃sentat btõs: vt dictũ est lec. lxxx. Non aũt offert̃ ꝓ aliquibꝫ quibꝫ nõ creditur ꝓficere. Quõ aũt ꝓficiat btis: de hoc dictũ est sup̃ lec. lvj. ꝙ hostia salutaris nõ offert̃ ꝓ beatis ꝑ modũ suffragij: nihilominus pro scis offertur vt gratiarũ actio. Quippe ꝯgaudendo eis eorũq; felicitati gratias deo referimus/solennẽ hostiã offerẽtes: qui tãta eos gloria sublimauit. Hinc canit ecclesia: Gaudeamus oẽs in dño diẽ festũ celebrãtes in honore ⁊c̃. Per qđ nõ mediocriter gloria eoꝝ accidentalis auget̃. ¶ Duplex quidẽ gaudiũ sancti possident in beatitudine: essentiale scꝫ ⁊ accidentale. Essentiale qđ habẽt de deo ⁊ ꝑfectionibꝫ diuinis qđ excedit oẽ aliud gaudiũ: sicut ⁊ amor dei excedit amorẽ suip̃sius ⁊ oim creaturarũ in scis. Illud inquantũ fm̃ ꝓbabiliorẽ doctoꝝ opinionẽ nõ auget̃ in beatis: sicut nec diuina ꝑfectio de q̃ gaudent eadẽ immutabiliter ꝑseuerat: ⁊ in se ⁊ in beatoꝝ cognitione. Gaudiũ ṽo accidẽtale qđ habẽt de quocũq; bono sui ⁊ cuiuscũq; creature/vsq; ad diem iudicij augeri potest: fm̃ ꝙ bonũ creature potest augeri. Sic eñ crescet eoꝝ gaudiũ de gloria corporis: quã consequentur in resurrectione. Sic ergo de oibus benefactis gloria eius acere-
Luce.15. scit. Nã ⁊ gaudiũ est angelis dei sup̃ vno peccatore penitentiã agente. Sic etiã gaudẽt de his q̃ in honorẽ dei fiunt: ⁊ maxime de his in quibꝫ de eorum gloria deo gratias agimus. Gaudẽt etiã de honore sibi impenso ⁊ eis debito: qm̃ digni sunt. Hinc sanctus Gamaliel ad Lucianũ presbyteꝝ: Isti maximo honore digni sunt venerari i terris: quos in celo rex regum immensa cumulauit gloria. Unde nihil dubij esse puto beatũ Gamaliel ẽ/ sctõs Stephanũ/Nicodemũ ⁊ Abibon de reuelatiõe reliquiaꝝ corpoꝝ ac honore in terris eis impenso/nouo accidentali exultasse tripudio. De q̃rũ translatione a loco humili ad honorabiliorem se fuisse solicitũ idẽ Gamaliel ꝯtestat̃. Et sic intelligi põt illud qđ de sctõ Leone papa fm̃ antiqua exẽplaria orat ecclia: Annue nobis dñe: vt aĩe famuli tui Leonis hec ꝓsit oblatio ⁊c̃. Sed constat sanctũ Leonẽ in gloria esse. Prosit fm̃ Inno. vt a fidelibꝫ magis ac magis glorificet̃ in terris. Prosit ergo ad glorie accidẽtalis augmentũ nõ essentialis. Simile aliquid legit̃ de pluribꝫ sanctis ꝙ cõplacuerũt sibi in honoribus sibi debitis ab hominibꝫ impensis: sic de sanctis Joanne ⁊ Paulo recitat btũs Grego. ¶ N Sed di. Si gloria ⁊ gaudiũ accidẽtale sctõꝝ auget̃ ex cultu ⁊ honore quo festiuant̃ ab hoibus terrenis: cõsequẽs videt̃ ꝙ etiã tristent̃ ex blasphemijs maloꝝ eos inhonorantibꝫ in terris: ꝯñs falsum: cũ beatitudo nullã secũ cõpatiat̃ tristiciã: ꝯñs tñ ex eo sequi videt̃: qꝛ sicut sibi cõplacẽt in bonis nostris/ita eis displicent mala: ⁊ sicut bonũ desideratũ dũ accidit infert gaudiũ: ita malũ oditũ tristiciã: fm̃ beatũ Augu. xiiij. de ciui. dei. Tristicia est dissensio aie ab his rebꝫ q̃ nobis nolentibꝫ accidũt. ¶ Dicitur breuiter ꝙ qꝛ tristicia ⁊ dolor repugnãt beatitudini: quã deus cõseruat in btis/nulle cause naturales generare p̃nt tristiciã in beati aio nec dolorẽ. Non eñ deus vt causa p̃ma ꝯcurrit cũ naturalibus causis generare potentibꝫ in aio beati tristiciã vel dolorẽ. Sed qꝛ gaudiũ accidẽtale nõ repugnat beatitudini ⁊ gaudio essentiali: deꝰ respectu illius nõ suspendit causaꝝ naturaliũ actionẽ. Multiplices fructus eucharistie vt est sacrificiũ colligi p̃nt particularius ex supradictis ꝑ totã canonis expositionẽ. ¶ O Sed nũc aliqđ sup̃ addendũ est de fructibus eius/vt est cibus anime ⁊ sacr̃m. Et quidẽ de effectibꝫ eius/vt sacr̃m est et anime cibus sctõꝝ plurimi plurima tradiderũt: sed ex plurimis aliqua ad compendiũ reducẽdo attẽdo ꝙ effectus huiꝰ sacr̄i considerari possunt

ex eo
- qui sumit̃: qui est principiũ vite.
- quod est passionis christi memoriale.
- qꝛ cibus ⁊ potus sp̃ualis anime.
- qꝛ sacr̃m sub panis ⁊ vini specie.
- qꝛ antidorum medicinale.
- qꝛ datũ peregrinãtibꝫ in statu vie.

¶ Quecũq; his attribuuntur opat̃ eucharistia i sumẽte: qꝛ eñ sumit̃ christꝰ q̃ est ois vie auctor ⁊ p̃ncipiũ: iõ sumẽtis aiam viuificat: ⁊ ꝯtrã sp̃uali vite cõtraria relaxat: qꝛ eucharistia est passiõis memoriale: ideo mentẽ inflãmat/⁊ patientiã firmat. Quia cibus est ⁊ potus sp̃ualis aie: ideo sumentẽ nutriẽdo alterat. Et ꝑditũ restaurat. Quia sacr̃m sub panis ⁊ vini specie: q̃ ex multis que ad vnum aliqđ redigunt̃. Ideo ꝑ vniõnẽ christo intimat. Per cõionem proximo copulat. Quia antidotũ medicinale: ideo ab infirmitate sanat: ⁊ in sanitate cõseruat. Quia viaticũ in statu vie: ideo in itinere roborat: ⁊ ad btitudinis terminũ sublevat ⁊ reportat. ¶ Ecce iterũ duodecim fructus ligni vite/quos parit celeste hoc eduliũ vt cibꝫ est ⁊ sacramentũ. Hi sunt

duodecim fructꝰ ligni vite
- Uiuificare
- Relaxare
- Inflammare
- Patientiam dare
- Nutrire
- Restaurare
- Unire
- Copulare
- Sanare
- Conseruare
- Roborare
- Perducere.

¶ De quibꝫ singulis aliquid est dicendũ. De p̃mo dicit beatus Tho. par. iij. q. lxxix. ar. j. ꝙ effectus huius sacr̄i p̃mo et p̃ncipalr̃ cõsiderat̃ ex eo: qꝛ in hoc sacr̄o cõtinet̃ christꝰ: q̃ sicut in mũdũ visibiliter veniens cõtulit mundo vitam gratie: fm̃ illud: Gratia ⁊ veritas ꝑ Jesum christũ facta est. Joh.1.
Ita in hominẽ sacramentaliter veniens vitã anime operat̃: fm̃ illud Qui mãducat me viuet pro- Joh.6.

pter me. vnde Cyrillus dicit: Uiuificatiuum dei
verbum veniēs in carne/fecit ipsam viuificatiuā.
Decebat em̄ cū nostris q̄dāmodo vniri corporib⁹
p scrām ei⁹ carnē ꝛ p̄ciosum ei⁹ sanguinē: q̄ acci-
pimus in bñdictionē viuificatiuā in pane ꝛ vino
Hinc iterū dñs ait: Si q̄s māducauerit ex h̄ pa-
ne/viuet in eternū. Et in ps̄. Edent pauperes et
saturabunt: ꝛ viuent corda eorū in seculū seculi.
In ipso em̄ sunt vite nr̄e p̄ncipia. Hinc dr̄ Johā.
vj. Ego sum panis vite. Glo. qui pasco donec iun
gā pastos vite. Uñ sequit̄: Patres vr̄i manduca
uerūt māna in deserto ꝛ mortui sunt. Hic est pa-
nis de celo descendēs: vt si q̄s ex ipso māducaue-
Joh.6. rit nō moriat̄. Et sequit̄: Si quis manducauerit
ex hoc pane viuet in eternū. Et panis quē ego da
bo caro mea est p mūdi vita. Et multa ibidem in
hāc sententiā. Siquidē dñs in cib⁹ nobis conde-
scendens: ꝛ nutrimentū cibi spūalis: cōnaturalr̄
cibo naturali p̄ficiens vt magis hūc cibū deside-
remus/posuit se in ipso in q̄ est vita: sicut in pa-
tre a quo fluit oīs vita vt nos intus viuificet se-
ipso/qui est vite nostre in grā ꝛ gloria principiū.
Hinc vbi s̄ Joh. vj. Sicut me misit viuēs pater
ꝛ ego viuo ꝓpter patrē: ꝛ q̄ manducat me viuet ꝓ
pter me. Sic ergo nobis hoc nutrimentū vite in-
fluit vitā grē ꝛ brīs vitā glorie. Qd̄ significatum
est Gen̄. ij. Lignū vite plantauit de⁹ in medio pa
radisi. Quia dñs Jesus christ⁹ in hoc sacro viui-
fico cib⁹ se exhibet i medio ecclīe q̄ nutriti ab ipso
eandē qua ipse viuit vitā ab eo p̄cipiunt. Sic ḡ ci
bus ille nutrit ex p̄ncipijs vite: hoc est ex christo q̄
in eo cōtinet̄ in vitā diuinā. Uñ btūs Aug⁹ super
Joannē: Cū cibo ꝛ potu id appetant hoīes vt nō
esuriant/neq̄ sitiant: hoc veraciter non p̄stat nisi
iste cibus ꝛ potus qui eos a quib⁹ sumit̄ immor-
tales ꝛ incorruptibiles facit/in societate sanctoꝝ
vbi pax erit ꝛ vnitas plena atq̄ p̄fecta. ¶ P De
secūdo effectu qui est relaxare peccata: hic sequit̄
ex primo: nā q̄ viuificat etiā contraria vite remo
uet. Eiusdē nāq̄ virtutis est inducere effectū suū
ꝛ expellere cōtrariū: vt patet de calefaciēte qd̄ ne-
dū inducit calorē: sed etiā remouet cōtrariā frigi
ditatē. Est aūt pctm̄ oē ꝯtrariū spūali vite quā
operat̄ hoc sacrm̄ i suscipiēte. Cōtrariū dico sim-
pliciter vel dispositiue. Mortale quidē simplicit̄
q̄ vitā gratie tollit. Ueniale ꝟo dispositiue: quia
ad mortē disponit spiritualē: sicut infirmitas ad
corpalē. Sacramentū illud vtrūq̄ tollit. Tollit
em̄ quantū est de se oē mortale: p̄teritū/inexistēs
ꝛ futuꝝ. Pro cuius intellectu aduertendū q̄ sm̄
beatū Tho. par. iij. q. lxxix. ar. iij. q̄ virt⁹ hui⁹ sa
cramēti pōt cōsiderari dupliciter. Uno mō sm̄ se
ꝛ sic habet virtutē ad remittēdum queq̄ peccata
ex passiōe christi que est fons ꝛ causa remissionis
pctōꝝ. Alio mō pōt cōparari ad eū qui recipit hoc
sacrm̄: put in eo inueniant̄ impedimēta p̄cipiēdi
hui⁹ sacri effectū. Quicūq̄ aūt habet conscientiā
pcti mortalis/habet in se impedimentū p̄cipiēdi
effectū huius sacri. Tum q̄ nō viuit spūaliter: et

ita nō debet spūale nutrimentū tamen suscipere: et
qd̄ nō est nisi viuētis. Tū q̄ nō pōt vniri chrō dū
est in affectu peccandi mortaliter qui est fons vi-
te/ꝛ remissor pctōꝝ. Et ideo vt dicit̄ in lib. de ec-
clesiasticis dogmatib⁹: Si mēs in affectu peccā-
di est grauat̄ magis eucharistie p̄ceptione q̄ pu-
rificet. Unde hoc sacrm̄ in eo q̄ ipm̄ recipit in con
scientia peccati mortalis: ꝛ p consequens indigne
nō operat̄ remissionē peccati ꝓpter voluntariū re
cipientis impedimentū. Potest tamē sacrm̄ hoc
nihilominus operari remissionem peccati morta
lis: p̄teriti quidē quantū ad quasdā eius reliqui-
as culpe ꝛ pene. Culpe sunt dispositio mala reli-
cta: ex pctō p̄nitas scʒ ad recidiuā: aut habit⁹ vi-
tiosus quos remittit eucharistia digne sumpta:
vt infra dicetur. Reliquias etiā pene nō em̄ semꝑ
totalis: sed maioris vel minoris sm̄ diuersam dis
positionē sumētis: scʒ sm̄ modū feruoris ꝛ deuo
tionis. Sacramentū em̄ illud vt sacramētum et
cibus est principaliter institutū vt spūale nutri-
mentū p vnionē ad christū ꝛ ad mēbra eius: ꝛ non
p̄ncipaliter ad satisfaciendū. Quia aūt vnio fit p
charitatē ex cuius feruore quis cōsequit̄ remissi-
onē: nō solū culpe/sed etiā pene: hinc est q̄ hō per
quandā concomitantiā ad p̄ncipalē effectū conse
quit̄ remissionē pene. Uñ vt dicit Alex. par. iiij.
q. xlj. remittit̄ pena frequēter in susceptione hui⁹
sacramēti: sed hoc magis ex dispositione suscipiē
tis: q̄ vt habet̄ Exo. xij. Agnus paschalis come-
di debet cum lactucis agrestib⁹. i. in amaritudine
doloris p pctis ꝓprijs ꝛ cōpassionis mortis chri-
sti: ex q̄b⁹ meret̄ remissionē pene. Auget autē hāc
contritionē charitatis feruor/quē augmentat su
sceptio sacri. Quid autē remittat sacrm̄ illud in-
quantū est sacrificiū dictū est s̄. ¶ Operatur etiā
sacrm̄ illud remissionē pcti mortalis inexistentis
in suscipiēte: nō autē in consciētia. Remittit em̄
mortale cui⁹ nō habemus cōscientiā neq̄ affectū:
sm̄ illud ps̄. Ab occultis meis mūda me. Simi
liter pctm̄ displicens p attritionē/nondū p contri
tionē p̄fectā in suscipiēte deuote remittit̄ p quāto
attritio perficit̄. vnde btūs Tho. Forte em̄ primo
nō fuit sufficiēter cōtritus/sed deuote ꝛ reueren-
ter accedēs consequit̄ p h̄ sacrm̄ gratiā charitatis
q̄ ꝯtritionē p̄ficiet ꝛ remissionē pcti. ¶ Q Ope
rat̄ ꝛ remissionē pcti mortalis futuri p quāto ro
bur tribuit ad scelera deuitāda ꝛ mortalia cauen
da: vt vult Inno. Uñ p̄mittit̄ orō: Panē nostrū
suꝑ substantialē da nobis hodie: ꝛ statim adiun-
gim⁹: Dimitte nobis debita nr̄a: ꝛ ne nos indu-
cas in tentationē: sed libera ꝛc̄. Quia per panem
istū liberamur a malis preteritis/p̄sentib⁹ ꝛ futu
ris. Augmēto em̄ gratie qd̄ prestat hoc sacrm̄ ro-
borat̄ homo cōtra pronitatē ad malū: ꝛ redditur
cautus circa negligentiā siue ignorantiā: quibus
existentibus labitur in peccatū mortale. Unde di
citur peccatū deleri: quia delētur ꝓmouentia ad
mortale. Etiā q̄ in cōsummatione in bono omīa
mala p̄fecte delent̄: quia ꝛ reliquie malor et rea-

rus. Cū ḡ ꝯsummatio hec habeť ꝓ rute hui⁹ sacra
mēti: nō incōgrue dr̄ oē pctm̄ hoc sacramēto de
leri. Eo em̄ est pfecta delectio: quo est in bono con
summano. De hoc effectu huius sacramēti dicit
brūs Bern̄. in quodā ser. Sacr̄m illud duo ope
rať i nob: vt videlicet ꝛ sensum minuat: ꝛ i grauī
oribꝰ pctis tollat oīno ꝯsensum. Si qs vestrū nō
tam sepe mō: nec tā acerbos sentit mot⁹ iracūdie
luxurie/inuidie/aut ceterorꝫ hmōi: gr̄as agat cor
pori ꝛ sanguini dn̄i: qm̄ virt⁹ operať in eo sacri.
Et ſm illud intelligi debēt dicta sctōꝝ: vt cū orat
eccl̄ia. Sit hoc sacr̄m ablutio scelerū. Similiter
Julius papa in. c. Cū om̄e. de conse. dist. ij. dicit:
Cū oē crimē atqꝫ pctm̄ oblatꝫ deo sacrificijs de
leať: qd de cetero ꝓ delictoꝝ expiatiōe deo dabiť
qñ in ipsa sacrificij oblatiōe errať. Ecce plane di
cit ꝙ oē crimē ꝛ oē pctm̄ hoc sacrificio deleť. Itē
Hila. xiij. de tri. Hec accepta atqꝫ ex hausta faci
unt: vt ꝛ nos in christo: ꝛ christ⁹ in nobis sit. Itē
Dam̄. Corp⁹ christi oīs lesionis ē vnctio: oīs sor
dis est purgatio/ ꝛ silīa: ꝙ scꝫ mortalia deleňt mo
dis dictis: nō ꝙ primo insint in ꝯsciētia: ꝛ ꝓ sum
ptionē hui⁹ sacramēti deleanť: ꝟ vel qꝛ ꝑus imp
fecte cōtrita aut ignorata aut ꝓ hui⁹ virtutē sacri
con rata: ꝛ sic vt dictū est remissa: qꝛ nō admissa. Ue
rū due prime auctoritates loquūtur de euchari
stia vt est sacrificiū: nō vt sacramentū: vt satis pa
tet intuēti. ¶ R Et si qs di. Sacr̄m illud est si
gnū passionis christi sicut ꝛ baptism⁹: ꝛ ita expsse
signat sicut baptism⁹. Si ḡ baptism⁹ virtute pas
sionis christi delet oīa mortalia: imo simplr̄ oīa
pctā originale. s. ꝛ actuale. Multo magis ꝟ vide
tur facere hoc sacr̄m: maxime qꝛ in hoc sacro rea
liter ꝯtineť ipse christ⁹ passus: auctor grē ꝛ indul
tor pctōꝝ qd de baptismo nō ꝯcediť. ¶ Respōdet
Alex. ꝙ licet vtrūqꝫ sacramentū significet passio
nē christi/tn̄ differēter: qꝛ baptism⁹ ꝑmo passionē
ꝟ sacr̄m passū signat. Panis em̄ ꝛ vinū sc̄āt ꝑmo
christū q fuit ex purissimis guttꝫ sanguis btē ꝟgi
nis ſm carnē genit⁹. Uñ oblatio ista in altari re
presentat christū oblatū in ara crucis. Sꝫ sacr̄m
baptismi significat primo ablutionē: qua fuit hō
purgat⁹ virtute passionis christi. Illa em̄ ablutio
aque repsentat ablutionē q fiebat in effusione san
Apoc. I. guinis. De q̄ Joānes: Lauit nos a pctis nr̄is in
sanguine suo. Itē imersio in baptismate significat
immersionē christi in mortē: ſm illud. Quicūqꝫ
Rom. 6 baptizati sum⁹: In morte christi baptizati sum⁹.
Glo. in similitudine mortis ipsius: vt sicut chri
stus semel mortuus est carne ꝛ semꝑ viuit. Ita et
nos mortui malo: ſꝑ viuim⁹ per baptismū bono.
Sacramētū ꝟo eucharistie significat christū pas
sum. Nā sacr̄m eucharistie ꝯsistit in facto eē. Sa
cramentū baptismi in fieri tantū: scꝫ in ablutione
Sic christ⁹ est ꝑmanēs. Passio ꝟo trāsiuit sicut
res successiua. Uñ expressius baptismus signat
passionē christi que immediatius fuit causa salu
tis ꝛ remissionis peccatorum. Eucharistia ꝟo ex
pressius signauit christū: qui fuit causa salutis ꝛ
remissionis peccatoꝝ per passionē. Et ex illa re
presentatione magis ꝯgruebat ꝙ baptismo daret
tur efficacia plena purgandi qꝫ sacramenti eucha
ristie. Uel aliter dicť ꝙ baptismus est spiritua
lis regeneratio: que est mutatio de nō esse spiritu
ali ad esse spirituale: ꝛ datur per modum abluti
onis que signat ablutionem anime. Et quantū
ad vtrūqꝫ cōuenienter accedit ad baptisma: qui ha
bet cōscientiā mortalis peccati vt regenereť ꝛ la
ueť. Sed eucharistie sacramentū datur ꝑ modū
spiritualis nutritionis/ qd non competit mortuo
in peccatis: ꝛ ita nō est similis ratio. Ultima tn̄ ꝛ
principalis ratio diuersitatis est institutio diuia
que ad diuersas significationes ꝛ efficacias insti
tuit hec duo sacr̄a. ¶ S Et si dr̄: Per sacr̄m
eucharistie conferť gr̄a gratū faciens: ꝛ quelibet
talis sufficiēs est causa remissionis cuiuscūqꝫ pctī
mortalis quelibet em̄ gratia gratūfaciens insti
tuit: ꝛ repugnat omi mortali: ſm illud Rom̄. iij.
Justificati gratis ꝑ gratiā ipsi⁹: ergo eucharistia
in sumēte delet oīa pctā mortalia. Rn̄deť ꝙ licet
oīs gratia hmōi sit sufficiēs causa remittēdi pec
catū mortale: nō tamē semꝑ remittit/ qꝛ nō semꝑ
actu remittit: qꝛ nō semꝑ mortale in subiecto in
uenit qd remittat. Dať em̄ aliqñ habēti ꝑus gra
tiā: vt magis habeat: vt dr̄ Mat. xxv. Habēti da
bitur ꝛ abūdauit: iustificare em̄ impium est ꝑme
gratie: nō gratie superaddite. Nunc aūt ꝑ euchari
stiam nō dať ꝑma gr̄a regulariter nisi in casu su
pradicto: sed gr̄a superaddita iā viuēti ꝑ gratiā: qꝛ
est cibꝰ viuētiū nō mortuoꝝ. Nec hoc est in ꝑiudi
ciū nobilitatis hui⁹ sacri: ꝟ magis attestať eius
excellētie: qꝛ cibꝰ est tā excellēs ꝛ nobilis ꝙ nō de
bet dari canibꝰ: sed tantū filijs. Nā qui canis est ad Corinth.
indigne sumit ꝛ in iudiciū: ꝛ reus corporis ꝛ san epl̄a. I. c. II.
guinis dn̄i. Et ideo illi nō addiť gratia ex sum
ptione sed pena. Hec de remissione mortaliū vir
tute huius sacramēti. ¶ T De venialibꝰ autē
pctis ꝙ illa remittit satis ostendit mgr̄ dist. xij. c.
vltimo. Allegās ad hoc Amb. Si quotiēs effun
diť sanguis christi: in remissionē pctōꝝ effundeť:
debeo semꝑ accipere/qui semꝑ pecco: debeo semꝑ
habere medicinā. Et idē dicit li. de sacramentis:
ꝙ iste cibus quotidian⁹ sumiť in remediū quoti
diane infirmitatis. Quotidie infirmitates sunt
pctā venialia. Itē Aug⁹ iteratur q̄tidie hec obla
tio: licet christ⁹ semel sit passus/ qꝛ q̄tidie peccam⁹
pctis sine qbꝰ mortalis infirmitas viuere nō pōt:
ꝛ qꝛ q̄tidie christ⁹ labiť q̄tidie mystice immolať ꝓ
nobis. Dedit em̄ nob hoc sacr̄m salutis: vt qꝛ nos
q̄tidie peccam⁹: ꝛ ille iā mori nō pōt: ꝑ hoc sacra
mentū remissionē ꝯseqmur. Ad idē dicit Innocē.
Uenialia delet/ ꝛ cauet mortalia. Rōnē assignat
btūs Tho. in. iiij. scrip. dist. xij. q. v. arti. j. Quia
virtute hui⁹ sacri fit qdā transformatio hoīs ad
christū ꝑ amoris vnionē: ꝛ hic est ꝓpri⁹ ei⁹ effect⁹: ꝛ
ꝛ qꝛ ex feruore charitatꝫ pctā venialia dimittunť
ꝓpē hoc ꝙ dicto feruori ꝯtrarianť: licet nō chari
tati: ideo ex consequenti virtute hui⁹ sacri venia

lia dimittunt. Et pōt esse tantus feruor deuotio-
nis: q͞ oia venialia dimittunt preterita scʒ ꝛ p̄sen
tia. Preterita quidē semꝑ dimittit: ꝛ pōt tantus
esse feruor q͞ actu nō peccat venialiter: q̄uis hoc
diu durare nō possit: ꝑpter difficultatē vitādi pec
cata venialia. Nec est incōueniēs q͞ hō ꝓ certa ho
ra sit absq̃ omni pctō etiā veniali. Nā q͞ Joānes
I. Joā. 3. ait: Si dixerimus q͞ pctm̄ nō habem⁹ nos ipsos
seducim⁹: qꝛ nō vult dicere q͞ nulla hora hō pos-
sit esse sine veniali: sed q͞ sancti ꝛ iusti non ducūt
vitā istā sine veniali: quin sepe ꝛ frequēter peccēt
venialiter: Nō tn̄ semꝑ delet venialia que actu cō
mittunt: sed ſm mēsurā deuotiōis: qꝛ deletio ve-
nialiū nō est prim⁹ effect⁹ eius/ ſꝫ quasi ꝯns aliū:
scʒ feruorē charitatis. Pōt em̄ q̄s hn̄s i se aliquā
delectationē in aliqua deordinatione veniale: pu
ta in delectatiōe carnali vxoris sue: vel cibo aliq̄
delicato aut verbo iocoso citra trāsgressionē p̄ce
pti: nō indigne sumere eucharistiā: ꝛ tn̄ tali sum-
ptiōe illud pctm̄ veniale q̄ actu delectat aut dele-
ctari ꝑponit nō delet: cū illud velle sic delectari sit
realiter ip̄m pctm̄ veniale. Pōt aūt virtute sacra
mēti crescere deuotio intātū q͞ mutat illud velle
ꝛ magis eligit: gaudere in deo ꝛ sacramēto sum-
pto q̄ꝫ in verbo iocoso vxore vel cibo delicato. Et
tunc ꝑpter feruorē deuotionis quē sumptū indu-
xit sacramentū: dimittit hmōi veniale. Patʒ ſꝫ q͞
ꝑ hoc sacr̄m nō semꝑ omnia venialia dimittunt.
Jmmo nō nunq̄ꝫ venialia impediūt aliquem effe
ctū huius sacramēti scʒ refectionē sp̄ualem actua
lis dulcedinis. Hec em̄ impedit si aliquis accedit
ad hoc sacramentū ꝑ pctā venialia mēte distract⁹
nō tn̄ impediūt augmentū gratie humilitat⁹ siue
charitatis. hec Tho. par. iij. q. lxxix. ar. viij. Pec-
cata tn̄ venialia p̄terita nō impediūt sed delent ꝑ
hui⁹ sacramēti susceptionē. Cū em̄ hec deleant ꝑ
opus charitatis ordinatū ad corꝝ deletionē: vel a
deo acceptatū ad hmōi deletionē operatore nihil
de venialib⁹ pctis cogitāte: multo magis hec de-
let susceptio eucharistie. Vn̄ scrib̄s Bonauē. i suo
iiij. dist. xxj. q. ij. Credendū est inquit q͞ aliq̄ nihil
de peccatis suis cogitante: sed tn̄ passionē christi
recolēte: i sacramēto eucharistie pctā venialia vel
oia vel aliq̄ remittant ꝑ gratiā sic adiutā scʒ sum
ptione sacramēti. Et oia illa siue sacramēta vt eu
charistia ꝛ vnctio/ ꝛ baptism⁹/ siue sacramētalia:
vt aspersio aque: ep̄alis benedictio cōtritio: mise-
ricordie exhibitio orōnis dn̄ice deuota oratio: fa-
ciūt ad deletionē: nō per ꝑpriā naturā/ sed per ea q̄
gratiā gratū faciente ad hunc actū adiuuāt ꝛ vi-
gorant. ¶ V Si q̄ris quō adiuuāt: Rn̄det:
Dicendū q͞ in talib⁹ plurimū est humiliatio ꝛ de-
uotio: q̄ est actus gratia informat⁹ repugnās ipsi
veniali pctō: qđ feruorē charitatis ꝛ deuotionis
quantū est de se diminuit. Vel ea rōne q̄ est in eis
penalitas: que repugnat inordinate delectatiōi.
Vel ꝓpter illa pena iūcta est ordini gratie. Tenēdū
igit est q͞ ꝛ si venialia deleant ꝑ pniam: pōt tn̄ ꝑ
graꝫ talit adiutā deleri. Nec obest illud mgr̄i di.

xvj. liij. c. vlti. dicentis: q͞ ad remissionē venialiū
sufficit oratio dn̄ica cum ieiunio ꝛ elemosynis: sic
tn̄ vt p̄cedat cōtritio: qꝛ mgr̄ nō determinat p̄cise
modū delēdi veniale: ſꝫ modū ꝑfecte satisfaciēdi.
Nemo aūt ꝑfecte satisfacit nisi i corde doleat: quā
tūcūq̄ꝫ se exteri⁹ puniat: ꝛ hoc dico vel in genera-
li vel in speciali. Venialia aūt nō solū ꝑ vim peni-
tentie/ ſꝫ etiā aliis modis deleri possunt vt tactū
est. hec Bonauē. ¶ Quid autē in veniali trāseun
te actu deleat: an reat⁹ culpe: an reat⁹ pene: alte
rius inq̄sitionis op⁹ est. Pōt tn̄ dici q͞ oino reat⁹
culpe delet: ꝛ reat⁹ pene i toto vel in parte. ¶ T
Tertius effectus est inflāmare seu accēdere men
tē in eo qđ est dn̄ice passionis mēoriale. Suꝑ oia
q̄ppe ad dei amorē accēdit dn̄ice passionis tanq̄ꝫ
summi nob exhibiti memoria bn̄ficij. Nā vt hāc
in nobis accēderet dilectionē: dn̄s ꝛ carnē sumere
ꝛ mortē subire dignat⁹ est. De quo btūs Aug⁹ in
de cathecizandis rudibus ait: Que maior causa
est aduētus dn̄i nisi vt ondn̄deret de⁹ dilectionē suā
in nobis: cōmēdās eā vehemēter: Quia cū adhuc
inimici essem⁹ christ⁹ ꝓ nob mortu⁹ est. Et sequit
Marie ꝑpter h̄ christ⁹ aduenit/ vt cognoscat hō
quantū eū diligat de⁹. Et ideo cognosceret/ vt in
eius dilectionē q̄ prior dilect⁹ est inardesceret. Et
btūs Grego. ij. moral. §. cviij. Mediator inquit
dei ꝛ hoīm posset nobis etiā non moriēdo succur
rere subuenire tn̄ moriendo hoib⁹ voluit: qꝛ nos
videlicet min⁹ amasset: nisi ꝛ vulnera nr̄a suscipet
Nec vim nobis sue dilectionis ondn̄deret: nisi h̄ qđ
a nobis tolleret ad tēpus ipse sustineret. Et beat⁹
Bern̄. Sufficeret inq̄t ad redēptionē orbis vna
p̄ciosissimi sanguis chr̄i gutta: ſꝫ data ē copia: vt
virtus diligētis in bn̄ficij redūdātia claresceret.
¶ Fuit aūt hec diuine charitatis ostēsio nobis val
de necessaria vt ꝑ hoc ad dilectionē dei accendere
mur. Cū em̄ dn̄s decreuit nullū bificare nisi di-
lectiōe adhereret chr̄o redēptori: teste ap̄lo quē di
ligebat Jesus. Qui nō diligit manet i morte. Et I. Joh. 3
Paulo: Si linguis hoīm loquar ꝛc̄. charitatē I. Cor. 13
nō habuero: nihil mihi ꝓdest. Per nullū aūt aliū
modū ita volūtas nr̄a ad dei amorē allici potuit
ꝛ accēdi: sicut ꝑ ondn̄sionē tāte sue dilectionis p̄uiet
nullis nr̄is p̄cedētib⁹ meritis debite. De q̄ beat⁹
Aug. xiij. de tri. c. x. late ꝛ pulchre loq̄tur. Quid
em̄ ait tā necessariū fuit ad erigendā speꝫ nr̄aꝫ mē
tesq̄ꝫ mortaliū: ꝯditiōe mortalitatis abiectas: ab
immortalitatis desꝑatiōe liberādas: q̄ꝫ vt demō
straret nobis quāti nos p̄deret de⁹: q̄ꝫtūcūq̄ꝫ di
ligeret: Quid ꝟo hui⁹ rei tāto indicio isto manife
stius atq̄ꝫ p̄clarius: q̄ꝫ vt dei fili⁹ immutabiliter
bonus in se manens: quod erat ꝛ a nobis pro no
bis accipiēs quod non erat: preter sue nature de-
trimentum nostrum dignatus est inire consorti-
um: Prius sine vllo malo merito mala nostra
perferret: Ac suam credentibus quantum dili-
geret nos deus. Et quod desperabamus iam spe
rantibus. Dona in nos sua sine vllis bonis meri
tis nostris: immo precedentibus ꝛ malis nostris

meritis in debita largitate conferret. Et idem de
cathe.ru. postq̃ dixerat hanc maiorē causam esse
aduētus dñi: vt ostenderet de⁹ dilectōnem suam
nobis. Causam hui⁹ ostensionis subinfert. Hoc
aūt inquit ideo: quia finis p̄cepti ꝛ plenitudo le-
gis charitas est/ vt ꝛ nos inuicē diligam⁹: ꝛ ip̄m
deū qui p̄or dilexit nos: ꝛ filio suo vnigenito non
pepcit: sed pro nobis tradidit illum: si amare pi-
gebat: saltē redamare nō pigeat. Nulla est eñ ad
amorē maior inuitatio/ q̃ꝫ p̄uenire amando. Et
minus durus est animus/ q̄ dilectōem ꝛ si non li
beat impendere: nolit ꝛ rependere. Et si etiā supio
res velint se ab inferioribꝫ diligi: quanto amore
inardescet inferior: cū a supiore se diligi senserit.
Ibi eñ gratior amor est/ vbi nō estuat indigētie
siccitate: sed vbertate beneficētie p̄fluit. Quid āt
supius deo iudicāte: Et q̄d desperati⁹ hoīe pec-
cāte: Huius ḡ passionis/ huius inestimabilis di
lectōis memoriale ppetuū ac nobilissimū dedit
nobis dñs corp⁹ suum ꝛ sanguinē in sacramentū
cibi ꝛ potus/ in quo non minus nobis sacrificiū
ostendit q̃ꝫ in ip̄a sua passione memorāda. Quis
nō stupet/ q̄s nō mirēt/ tam incomp̄hēsibilē di-
lectōem: Cui nō satis fuit seip̄m nobis impēde-
re in redemptōis p̄ciū: nisi etiā se daret in cibum
in memoriale ppetuū. Memoriale inq̃ꝫ nō min⁹
re ip̄a memorāda. Sꝫ ad ip̄m/ vt non deficeret i
nobis vicariū amoris incendiū: vt vel sic a sum-
mo celo egressio ei⁹ ad nos in hoc sacramēto: ꝛ oc
cursus eius vsq̃ꝫ ad summū eius: nos secū tradu-
cēdo ad celestia nō inuenirent inter huius sacra-
mēti dignos p̄ceptores/ q̄ se absconderent a calo
re eius. ¶ V Hunc fructū sequit̄ quart⁹ de-
ta. s. patiētia. In eo siq̄dem q̄ sacramentū illō me
moriale est patientie dñi: summam nobis in sua
passione patiētiā exēplāris/ nos ad tāte exēplum
patie instruit ꝛ cōfortat. Patiētie vtiq̃ꝫ nob val-
Heb.10 de necessarie: Teste ap̄lo: Patiētia vobis necessa
ria est vt volūtatē dei facientes/ reportetis p̄mis
sionē .i. vitam p̄missam s̄m glo. Nimirū q: in pa-
tientia vestra possidebitis aīas vestras: ait salua
tor. Hinc Petr⁹ ad clarissimū patiētie exemplū
nos dirigēs ait: Hec est grā apud deū scꝫ vt pati
amini. Glo. In hoc eñ vocati estis. Quia christ⁹
passus est p̄ nobis/ vob relinquēs exēplū/ vt seq̄-
mini vestigia eius/ qui peccatū nō fecit: nec inuē
tus est dolus in ore ei⁹. Qui cū malediceret/ non
maledicebat: cū pateret/ nō cōminabat. Trade-
bat aūt iudicāti se iniuste: q̄ pctā nr̄a ip̄e tulit in
corpe suo sup lignū: vt pctis mortui: iustitie vi-
uamus: cuius liuore sanati estis. Eratis eñ sicut
oues errātes: sed ꝯuersi estis nūc ad pastorē ꝛ ep̄i
scopū animaꝝ vestraꝝ. Pastorē illū qui posuit
aīam suā p̄ ouibꝫ suis. Magnū patiētie exēplū:
qd rememoratū sufficit oēs impatiētie mot⁹
sedare. Quis eñ tam iustus/ quis tam delicat⁹:
vt p̄ impatiam refugiat aut remurmuret p̄ pctis
p̄prijs pati: cū dñm suū/ caput suū tanta passū re-
cogitat pro pctis/ ip̄i suo dño alienis. Pudeat īn

quit Bern. sub spinato capite mēbꝝ fieri delica-
tū. Hinc ꝛ ap̄ls Paul⁹: Patiētiā in nobis plan
tare satagēs/ ad idē chr̄i exemplū in nostro sacra
mēto cōteri ꝛ scāti mittit. Ad Heb. xij. ita docēs:
Deponentes omne pondus ꝛ circumstans nos
peccatū/ p̄ patiētiā curram⁹ ad p̄positū nob cer-
tamen: aspicientes in auctorē fidei et cōsumma-
torē Jesuꝫ. Qui p̄posito sibi gaudio sustinuit cru
cē: cōfusione contēpta: atq̃ꝫ in dextera dei sedet.
Que ponēs hr̄us Aug⁹ in glo. ibidē: Omnia in-
quit terrena bona cōtēpsit chr̄s: vt in illis non q̄-
reret felicitas. Oia terrena mala sustinuit/ vt in
his nō timeret infelicitas. Natus eñ de matre/
q̄ q̄uis a viro intacta cōceperit: semp intacta p̄-
mānserit: fabro tñ desposata fuit: in q̄ et oīs carna
lis nobilitatis rumorē extinxit. Nat⁹ est etiā in
ciuitate bethleēꝫ: que inter oēs iudee ciuitates
erat exigua. Noluit igit̄ quēq̃ꝫ de terrene ciuita-
tis sublimitate gloriari. Paup etiā fact⁹ est cui⁹
sunt oīa: ne de terrenis diuitijs quisq̃ꝫ extolleret.
Noluit rex ab hominibꝫ fieri: quia humilitatis vi
am ostenderat miseris. Esuriuit q̄ omnes pascit
Sitiuit qui est fons sitientiū: fatigatus et itine-
re q̄ viā fecit nob in celū. Obmutuit et obsurdu-
it/ p̄ quē mut⁹ locut⁹ est et surd⁹ audiuit. Vinct⁹
est/ q̄ infirmitatū vincula soluit. Mortuus est/
qui mortuum suscitauit. Amore itaq̃ꝫ eius simi-
lia patiamur: tunc eñ lex implebit/ cū nō cupidi
tate reꝝ tempaliū/ sed charitate illius qui prece-
pit/ fiunt quecūq̃ꝫ p̄cepit. Hec Aug⁹. Et q̄dē fla
gella euadere nō possumus/ si filij esse volumus.
Quē eñ diligit deus/ castigat: flagellat aūt oēꝫ
filiū quē recipit. Que tractans Aug⁹: oēm filiuꝫ Heb.12
etiā ait vnicum sine pctō. Et subdit: Except⁹ es a
passione flagelloꝝ: except⁹ es a numero filiorum
Unic⁹ ille de patris substātia natus: equalis pa-
tri in forma dei: v̄bum quo facta sunt omnia: nō
habebat vbi flagellaret. Ad ho caūt carne indu
tus est/ vt sine flagello nō esset. Qui flagellat vni-
cū sine pctō/ relinq̄t adoptatū q̄ est cū pctō. Uni
cus sine pctō: nō tñ sine flagello/ exemplū nobis
p̄posuit in passionibꝫ suis. Non ḡ turbari debe-
mus cum aliq̄s scūs grauia et indigna p̄petit̄/ si
obliti non sumus q̄ ptulerit iust⁹ iustoꝝ/ sctūsq̃ꝫ
sctōꝝ. Ecce nihil ita in nob patiam gignit/ sic me
moria patiētissime passiōis dñice nob in exēpluꝫ
p̄mōstrare. Manifestū est eucharistia eiusdē pas
sionis memoriale efficacissimū/ patiam v̄tute pro
pria et memorialis signi efficacia opari: in his q̄
digne suscipiūt et deuote.

Lectio LXXXVI A

D[p]rimus aliquid de
fructibꝫ eucharistie cōsiderare in or
die ad chr̄m in ea v̄e cōtentū: eiusq̃ꝫ
passionē cui⁹ ē mēoriale a chr̄o insti-
tutū. Dicam⁹ breuit̄ d̄ reliq̄s ḡ noiat̄ ei⁹ fructibꝫ
sꝫ alias eucharistie cōsideratōes. ḡ. Quit⁹ fruct⁹

